INSCRIPTIONES GRAECAE INEDITAE.

COLLEGIT EDIDITQUE

LVDOVICVS ROSSIVS

HOLSATVS

IN UNIVERSITATE OTHONIA P. P. O.

INSTITUTI GALL. ACADEMM. BEROLIN. ET MONAC.

INSTIT. ARCHAEOL. ROM. SOCIUS.

FASCICVLVS II.

(INSVNT LAPIDES INSVLARVM ANDRI, II, TENI, SYRI, AMORGI, MYCONI, PARI, ASTYPALAEAE, NISYRI, TELI, COI, CALYMNAE, LERI, PATMI, SAMI, LESBI, THERAE, ANAPHAE ET PEPARETHI.

ATHENIS,

E TYPOGRAPHEO REGIO.

1842.

AUGUSTO BOECKHIO

D. D. D.

EDITOR.

Octo fere anni sunt, Vir Illustrissime, ex quo hujus Inscriptionum collectionis primum fasciculum in lucem emisimus. Haud ita multo post fasciculum secundum, quem bibliopola egregius, F. H. Brockhaus Lipsiensis, se redemturum pollicitus erat, mox editum iri et Tibi nuntiatum est, et per ephemeridas literarias bis terve vulgatum: in quo fasciculo lapides quarundam insularum et Megaricos nonnullos magni momenti composueramus cum titulis Atticis sat multis. Sed commentarii manu scripti inter Monacum et Lipsiam interciderunt, neque aliud servaveram exemplum.

Omissum exinde per aliquot annos consilium continuandae hujus collectionis denuo repetii, postquam edito primo volumine *Peripli Insularum Graecarum* (*Stutgardiae* 1840), conscripto autem altero, qui mox ex eadem officina prodibit, multa in iis libris inesse vidi, quae quod sola antiquorum lapidum fide niterentur, neque intelligi satis, neque fortasse credi viderentur posse, nisi isti quoque lapides quam primum in testimonium producerentur. Constitui igitur inedita Insularum Aegaei Maris marmora, quae vel ipse reperissem, vel quorum ab aliis accepissem exempla, uno eoque modico complecti volumine: praetermissis inscriptionibus, quae interea vel a Te, Vir Clarissime, in commentatione Tua *De Theraeis lapidibus Prokeschianis*, vel a Thierschio in commentatione *De Paro insula*, vel a memet ipso in duabus monographiis *De Sicino* et *de Anaphe insulis*, atque in commentariolo *De lapidibus Amorginis*, editae sunt. Adde quas Phil. Lebasius et Andreas Mustoxydes in libris suo loco (infr. p. 1) laudatis vulgaverunt, et quas ipse (lapides maxime Ceos, Cythnios, Siphnios, Melios aliosque) in Ephemerr. Halenss. 1838 (Intelligenzbl. N. 13. 40. 41) et alibi disseminavi magis quam edidi; praeterea complures alias insularum inscriptiones a Te, Goettlingio aliisque hic illic, maxime in commentariis Inst. Arch. Rom., illustratas, et quas a me olim missas etiamnum in scriniis servas. Quibus quum accedant in hoc, quem nunc benevolentiae Tuae commendamus fasciculo, centum et quinquaginta fere novi lapides majores minoresve, et spes sit fore, ut quotannis haud pauci reperiantur: facile intelligis, in Addendis Thesauri Tui solas insularum Aegaei maris inscriptiones sexcentis amplius lapidibus ineditis auctum iri.

Verum enimvero haec, quae de futura Corporis Inscriptionum accesione modo dixi, dicta Tibi existimes quaeso ad excusandam hujus opellae nostrae vel audaciam vel mehercle etiam tenuitatem. Nam probe sentio, nequaquam ubique tantum in illustratione lapidum a nobis praestitum esse, quantum res poscebat; idque non solum propter penuriam librorum (quamquam testem habeo Cl. Welckerum, decem millia amplius voluminum, quae ab Augustissimo Rege Sardiniae, a Magno Duce Etruriae, ab Academia Vestra,

ab Universitate Cantabrigiensi et a multis aliis societatibus, viris doctis et bibliopolis Graecis, Germanis, Italis, Gallis aliisque Universitati nostrae donata sunt, adhuc in cistis clausa esse, propterea quod oeci futurae bibliothecae vix hoc mense ab architectis perfici potuerunt); non solum igitur propter penuriam librorum non omnia eà, quâ par erat, curâ persecuti sumus, sed etiam quod omnem hanc sparsarum inscriptionum collectionem, quam eo maxime consilio paravimus, ut Periplo nostro illustrando inserviret, quasi ἀγώνισμα (ut Thucididis verbis utamur) ἐς τὸ παραχρῆμα videremus esse; κτῆμα autem ἐς ἀεὶ tum demum futuros hos lapides, ubi in Thesaurum Tuum fuerint recepti: ex quo opere quantum jam fructum ceperint haec antiquitatis studia quantumve multo magis in postorum sint habitura, non est quod praedicem coram Te. Ea autem de causa non pauca in hoc libello insunt audacius fortasse quam verius dicta; id quod consulto me admisisse monitum Te volui; iis maxime in locis, ubi comparatio hodiernae dialecti cum quibusdam antiquorum lapidum formulis utiliter institui videbatur posse (velut n. 109. p. 20 de antiquissimis linguae Pelasgicae nominativis; n. 173. p. 59 de diminutivis in άκης et άκιον formatis et si quae sunt similia); aut sicubi novum aliquod vocabulum cupide magis quam recte ex incerta interdum lectione procusum arripuisse Tibi videar (velut n. 109. p. 19 ἀρχείνη s. ἀρχίνη. quamquam postmodo etiam in Attico marmore inedito, saeculi Antoninorum, reperi συναρχείνη. n. 154. p. 47 κατάσκευος. n. 166. p. 55 εἰδῆσαι. n. 182. p. 65 διάπορες. n. 188. p. 69 ἀοτὸς et τάοτα. n. 189. p. 72 χρυσονόμος et ἑορτασιμαῖος. n. 220 p. 83 ἰούγερον et γύρωμα cett.): quamquam Te minime fugit, in veteribus lapidibus illustrandis saepe audaciam, dummodo ne prorsus caeca et praeceps sit, nimiae timiditati esse praeferendam.

Quamobrem, sicubi invitus erravi, facilem mihi apud Te veniam fore confido. Summopere autem Tibi commendo, praeter carmen illud in Isidem (*n.* 96), in quo illustrando Cl. Welckerus, dum Athenis versatur, elaborare coepit, et praeter epigramma Patmium (p. 190), etiam Lerium lapidem, quem ad Hecataeum historicum spectare si Tibi quoque persuadere potuero, fundamentum haud spernendum ad dijudicandam Ionicorum lapidum aetatem posuisse mihi videbor. Vale, Vir Doctissime, mihique, ut facis, favere perge.

Scrib. Athenis a. d. *IV* Cal. April. MDCCCXLII.

LAPIDES INEDITI

INSVLARVM AEGAEI MARIS.

ANDRUS.

Andrii tituli duo tantum exstant in C. I. n. 2348. 2349, iique mutili parvique momenti; neque enim plures tunc, quum thesauri illius fascic. quartus edebatur, clarissimo ejus editori innotuerant. Exinde autem satis multae inscriptiones Andriae repertae sunt: pleraeque ab E. Schauberto et S. Cleanthe architectis, qui circa a. 1830, Joanne Capodistria tunc rempublicam Graecam moderante, effodiendis per veterem Andriorum urbem antiquitatis reliquiis per aliquot dies operam dederunt; aliae fortuna favente ab aliis aliisque in locis. Quarum inscriptionum majorem partem primus (quantum video) publici juris fecit V. Cl. Andreas Mustoxydes eques Corcyraeus, in Anthol. Ioniae fasc. 2. p. 476-80 et fasc. 5. p. 228-29, additis hic illic brevissimis notis. Eosdem, uno excepto, titulos, ex iisdem (ni fallor) apographis desumtos, adjunctis praeterea pluribus aliis, quos Mustoxydes aut non habuerat aut tanquam nimium laceros parvique momenti (Ἰον. Ἀνθολ. 2. σ. 280.) omiserat, edidit postea atque erudito instruxit commentario Philippus Lebas, Instit. Gall. socius, in libro qui inscribitur *Inscriptions Grecques et Latines, Vol.* 2. (*Paris.* 1839. 8) n. 171-189. Duae autem ex illis inscriptionibus lucem jam viderant ante Mustoxydis editionem, in *Bull. Instit. Arch.* 1833, p. 90. Nos igitur, quum a. 1841 mense Iulio Andrum venissemus, reperimus et transscripsimus magnam partem eosdem lapides: quos ne actum agere videamur, maxime post amplum Francogalli editoris commentarium, denuo cum notis nostris edere supersedemus; neque tamen prorsus a re fore duximus, si nonnullos, in quibus illi editores turbatioribus videbantur usi esse apographis, e nostris schedis h. l. repeteremus.

87.

(In monasterio τῆς Ζωοδόχου Πηγῆς prope Gaurium. Mustox. n. 1. Philippo Lebas n. 172).

ΟΙΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΕΣΕΠΑΡΧΟΝΤΟΣΑΡΙΣΤΕΟΥ

ΝΙΚΑΝΩΡΝΙΚΑΝΟΡΟΣ	ΔΗΜΕΑΣΔΙΟΓΕΝΟΥ	ΚΑΙΟΤΑΜΙΑΣ
ΕΒΔΟΜΙΣΚΟΣΑΡΙΣΤΕΩΣ	ΔΗΜΗΤΡΙΟΣΑΙΝΕΟΥ	ΟΥΛΙΑΔΗΣΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣΠΕΡΣΟΥ	ΚΑΙΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ	ΚΑΙΟΥΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ
. . . .	. . . .	. . . .

Vides igitur in lapide strategorum ceterorumque nomina per tres bene distinctas columnas esse divisa: quarum lectionem quum certum sit a summo ad imum et a priore ad sequentem oportere procedere, facile patet, Lebasii opinionem admitti non posse, qui quo sex efficeret praetores, nomen Οὐλιάδης Παμφίλου negavit quaestoris esse, sextoque censuit attribuendum stratego. Fuit quidem apud Andrios quoque, quemadmodum in Teno (cf. infra ad. n. 98) senarius strategorum numerus; sed in lapide interiit unus versus, cujus tantum vestigia quaedam supersunt: quo continebantur quarti praetoris duorumque scribar-

rum nomina. — Ceterum observa, versu 1 esse Ἀριστέου, a casu recto qui est Ἀριστέας, v. 3 autem Ἀριστέως, a nominativo Ἀριστεύς.

88.

(Palaeopoli, in horto quodam, in longa trabe marmorea. Mustox. n. 7. Lebas. n. 176.)

— — — — — — — — — — — — — — ΑΙ . .
ΜΕΜΜΙΟΣΡΟΥΦΟΣΟΚΑΙΙΣΙΔΩΡΟΣΡ . . .
ΟΙΥΙΟΙΑΥΤΩΝΤΟΝΝΑΟΝΚΑΙΤΟΠΡΟΝΑΙΟΝΚΑ . . .
ΕΚΠΟΛΛΩΝΠΑΝΤΑΚΑΤΗΡΕΙΜΜΕΝΑΚΑΙΗRΗΜΩΜΕΝΑΧΡΟΝΩΝ . .
ΥΠΟΠΑΛΑΙΩΤΗΤΟΣΧΡΗΖΟΝΤΑΕΠΑΝΟRΘΩΣΕΩΣΕΠΙΣ . . .

Ad sinistram et infra integer est titulus; superne autem unus excidit versus (praeter literas ΑΙ), et in dextro margine quantum desideretur, e symmetrica versuum dispositione judicari potest. Incisus autem videtur esse hic titulus a lapicida Romano: cui quod Latinis elementorum formis magis assuetus erat, ter ad minimum accidit, ut R pro Ρ poneret (in RΟΥΦΟΣ, ΗRΗΜΩΜΕΝΑ ed ΕΠΑΝΟRΘΩΣΕΩΣ). V. 3 Lebasius ΠΡΟΝΑΙΟΝ male mutavit in ὑπόγαιον. Post προνάϊον excidit καὶ τὰ ἀγάλματα vel simile quid. V. 5 uterque editor scripsit ὑπὸ παλαιώσεως, decepti mendo orthographico, quod est in ΠΑΛΑΙΩΤΗΤΟΣ. Mirum est quod Lebasius hoc fanum « procul dubio » Bacchi fuisse contendit; tanquam si nulla aliorum deorum Andri exstitissent delubra.

89.

In titulo qui est apud Mustox. 6, apud Lebas. 178, eruditissimus Corcyraeus edidit ΓΑΕΙΤΙΟΝ, Tricupis in Bull. Inst. Arch. 1833. p. 90 ΓΑΝΤΙΟΝ, Lebasius autem ΤΑΕΙΤΙΟΝ, unde effecit Παπίριον. Equidem in lapide ΓΛΕΙΤΙΟΝ legere mihi visus sum. Vehementer autem suspicor hunc titulum pertinere ad praestantissima duo simulacra marmorea Andri reperta, de quibus dixi in Peripl. Insull. II. epist. 15: quapropter integrum h. l. repeto:

ΟΔΗΜΟΣ
ΕΓΝΑΤΙΑΝΜΑΞΙΜΙΛΛΑΝΤΗΝ
ΕΑΥΤΟΥΕΥΕΡΓΕΤΙΝΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΑ

ΟΔΗΜΟΣ
ΠΟΥΠΛΙΟΝΓΛΕΙΤΙΟΝΓΑΛ . .
ΤΟΝΕΑΥΤΟΥΠΑΤΡΩΝΑΚΑΙ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΑ

Corruptum illud nomen in ΕΓΝΑΤΙΟΝ mutandum censeo, nisi quid melius videas.

90.

Praeter hos paucosque alios titulos, qui mihi cum clarissimis illis duumviris communes sunt (Leb. 180,

Mustox. 11; Leb. 181. Mustox. 10; et Mustox. 1, quem Gallus haud novit), reperi etiam inscriptionem sequentem, Palaeopoli, in domo sacerdotis, in tabula marmorea utrimque praefracta.

. . . . . . ΗΒΟΥΛΗΙ . . . .
. . . . ΝΥΜΟΝΝΙΚΟΚ . . . .
. . . ΟΛΛΑΚΑΙΜΕΓΑ . . . .
ΕΥΕΡΓΕΤ . . . .
ΑΝΑΘΕΝΤΑΔΕΚΑΙΤΟ . . . .
ΚΑΙΤΗΝΕΙΣΑΥΤΟΔΙΙ . . . .
ΠΑΣΗΣΑΡ . . . .

Ἡ Βουλὴ [καὶ ὁ δῆμος
Κλεώ]νυμον Νικοκ[λέους ? ἄνδρα πρῶτον
καὶ π]ολλὰ καὶ μεγά[λα τὴν πόλιν ἡμῶν
εὐεργετ[ήσαντα,
ἀναθέντα δὲ καὶ τὸ . . . .
καὶ τὴν εἰς αὐτὸ [δαπάνην χορηγήσαντα ?
πάσης ἀρ[ετῆς ἕ]νεκα.

In supplementis appingendis, quae non admodum certa sunt, secutus sum exemplum titulorum ap. Mustox. n. 3. 4. (ap. Lebas n. 173, 174).

91.

Ibidem, ad parvulum sacellum, D. Georgii, ni fallor, in fragmine lapidis quadrati. (Textum vide in tab. lithogr.).

a.	*b.*
. . . . . ου	Ἑβδομίσ[κου
ὁ τό]πος	ὁ τόπο[ς.

c.

Κλεο]μήδου τοῦ
δεῖνος ὁ τόπο]ς

Fortasse ad theatri stadiive sedilia pertinuisse hic lapis censendus est.

92.

Sequentem hymnum in Isidem reperi inter rudera antiquao urbis, ad casam Ἰαννάκη Λουκρέζη. Tabula est oblonga, albi marmoris, quatuor columnis inscripta; sed titulum pessime habitum adeo festinanter transscribere coactus fui, ut difficiliora attingere non possem. Exscripsi igitur tantum Col. I et IV; verum si cui otium contingat, tabulamque commode ad lucem obvertat, crediderim etiam Col. II partem

superiorem, et per totam fere Col. III dimidiam versuum partem, qua Col. IV attingunt, legi et transscribi posse. Quo magis a praepropero explicandi conatu in praesentia abstineo; neque tamen apographum quamvis mutilum iis, qui linigerae deae religiones scrutantur, diutius invidendum esse duxi.

I.

ΑΙΓΥΠΤΟΥΒΑΣΙΛΕΙΑΑΙΝΟΣΤΟΔΕΥΛΓΟΝΟΕΣΣΑΣ
ΑΥΛΑΚΟΣΑΡΧΑΙΑΜΕΛΕΤΑΙΠΟΛΥΠΥΡΟΣΑΓΥΙΑ
ΣΕΙΣΤΡΟΦΟΡΟΣΒΟΥΒΑΣΤΟΣΑΜΑΛΛΟΤΟΚΟΙΣΙΤΕΜΕΜΦΙΣ
ΓΑΘΟΜΕΝΑΠΕΔΙΟΙΣΙΝΟΠΑΙΣΤΑΛΑΝΑΣΑΛΕΥΤΟΝ
ΕΙΣΕΦΙΛΟΘΡΕΣΚΩΝΙΕΡΟΣΝΟΜΟΣΕΚΒΑΣΙΛΗΩΝ
ΣΑΜΑΤΕΑΣΔΕΣΠΟΙΝΑΜΟΝΑΡΧΕΙΑΣΙΚΕΤΑΙΣΙΝ
ΛΑΟΙΣΑΠΥΟΙΣΑΝΕΓΩΧΡΥΣΟΘΡΟΝΟΣΕΙΣΙΣ
ΡΩΜΑΛΕΑΣΚΑΠΙΤΡΟΙΣΙΝΟΣΑΝΠΥΡΙΛΑΜΠΕΟΣΑΚΤΕΙΣ
ΑΕΛΙΩΣΕΛΑΓΕΣΚΕΒΟΛΑΙΣΦΟΡΒΑΜΟΝΑΓΑΙΑΝ
ΔΕΙΦΑΛΕΩΔΕΡΜΑΝΟΣΑΠΟΚΡΥΦΑΣΥΜΒΟΛΑΔΕΛΤΩΝ
ΕΥΡΟΜΕΝΑΓΡΑΦΙΔΕΣΣΙΚΑΤΕΞΥΣΑ ΤΑΙΣΙΧΑΡΑΞΑΣ
ΦΡΙΚΑΛΕΟΝΜΥΣΤΑΙΣΙΕΡΟΝΛΟΓΟΝΟΣΣΑΤΕΔΑΜΟΣ
ΑΤΡΑΠΟΝΕΣΚΟΙΝΑΝΚΑΤΕΘΗΚΑΤΟΠΑΝΤΑΒΑΘΕΙΑΣ
ΕΚΦΡΕΝΟΣΥΦΑΝΑΣΑΔΙΑΚΡΙΔΟΝ'ΑΔΕΤΥΡΑΝΝΩΝ
ΠΡΕΣΒΑΚΡΟΝΩΘΥΓΑΤΗΡΕΙΣΙΣΔΑΜΑΡΕΥΡΥ. . . .
ΕΜΜΙΠΟΛΥΖΑΛΩΤΟΣΟΣΕΙΡΙΔΟΣ'ΩΠΟΤΟ. . . .
ΤΑΝΑΥΤΑΝΑΝΕΛΥΣΑΓΕΝΕΘΛΙΟΝ. . . . .
ΒΡΙΘΟΜΕΝΑΣΟΒΑΡΟΙΣΕΛΙΝΟΤΡΟΠΟΣ. . . . . .
ΑΙΠΥΝΟΩΒΑΣΙΛΗΙΟΣΟΝΩΙ\ΝΟΣΕΙΓΡΕΣ. . . . . .
ΘΕΣΜΟΘΕΤΙΣΜΕΡΟΠΩΝΓΩΣ. . . . .
ΟΥΔΑΠΑΜΑΥΡΩΣΕΙ. . . . .
ΕΝΠΕΤΑΣΕΙΛΑ. . . . .
ΑΣΤΡΟΦΟΡΟΙ. . . . .
ΘΗΛΥΤΕΓΑΡ. . . . .
ΕΞΕΚΑΜΟΝ. . . . .
ΕΙΣΙΣΕΓΩΠΟΛΥΒΟΥΛΟΣ. . . . .
ΚΑΙΧΘΟΝΑΜΥΔΑΛΕΑΝ. . . . .
ΕΣΚΡΙΣΙΝΩΙΑΝΙΟΙΣΙΚΑ. . .ΧΙΟΝ. .ΟΣ. . . . .
ΑΤΡΑΠΙΤΟΝΠΛΑΓΚΤΕΙ. . . . .
ΛΟΞΟΠΟΡΟΥΣΕΛΑΓΕΣ. . . .ΑΚΑΙΠΥΡΟΕΝΤΩΝ

ΑΕΛΙΟΝΠΩΛΩΝΑΓΗΤΟΡΑΦΑΙΝΟΝΑΚΥΚΛΩΝ
ΕΣΠΟΛΟΝΕΙΘΥΝΕΣΚΟΝΑΝΕΥΚΟΣΜΟΙΣΙΠΟΡΕΙΑΙΣ
ΑΞΟΝΕΣΙΛΙΓΓΟΙΣΙΠΕΡΙΚΤΥΠΕΟΝΤΙΔΙΑΥΛΩ
ΝΥΚΤΑΔΙΑΚΡΕΙΝΩΣΙΝΑΠΗΜΑΤΟΣΑΔΕΘΑΛΑΣΣΑΣ
ΠΡΑΤΟΝΕΝΑΝΘΡΩΠΟΙΣΙΠΕΡΑΣΙΜΟΝΗΝΕΣΑΜΟΧΘΟΝ
ΑΔΕΔΙΚΑΣΠΟΛΙΑΙΡΩΜΑΝΠΟΡΟΝʿΑΔΕΓΕΝΕΘΛΑΣ
ΑΡΧΑΝΑΝΔΡΙΓΥΝΑΙΚΑΣΥΝΑΓΑΓΟΝΕΥΤΕΣΕ . . ΤΑΣ
ΕΣΔΕΚΑΤΑΝΑΨΕΙΛΑΤΕΘΑΛΟΤΟΣΑΡΤΙΟΝΕΡΓΟΥ
ΦΕΓΓΟΣΕΠΑΡΤΙΓΟΝΟΝΒΡΕΦΟΣΑΓΑΓΟΝΑΔΕΓΟΝΝΙΩΝ
ΑΞΟΜΕΝΩΣΤΙΜΑΝΕΤΙΝΗΠΙΑΧΩΣΥΠΟΜΑΙΩΙ
ΔΩΡΙΣΜΟΙΣΕΔΙΔΑΞΑΜΕΛΙΦΡΟΣΙ·ΦΟΙΤΑΔΙΔΟΡΓΑΙ
ΜΑΝΙΝΕΡΕΙΣΑΜΕΝΑΜΥΚΑΜΩΝΟΣΑΧΡΙΣΕΠΕΥΝΑΣ
ΑΙΔΟΣΗΠΕΙΛΗΣΑΜΕΛΑΜΦΑΡΟΝΤΕΒΕΡΕΘΡΩΝ
ΑΣΤΟΡΓΟΙΣΦΥΛΑΚΑΝΒΑΡΥΠΑΜΟΣΙΝΕΜΜΙΔΑΡΟΥΡΑΣ
ΠΥΡΝΟΤΟΚΩΜΕΔΕΟΙΣΑΔΑΙΞΑΝΔ.ΩΝΑΠΟΜΕΙΡΩΝ
ΕΧΘΟΜΕΝΑΝΒΡΩΜΑΝΑΝΦΩΛΑΔΕΣΕΣΤΥΣΟΝΑΡΚΤΟΙ
ΤΑΝΛΥΚΟΣΩΡΥΚΤΑΣΛΙΜΩΙΤΕΘΟΩΙΜΕΝΟΣΑΛΚΑΝ

IV.

ΑΕΛΙΩΒΑΣΙΛΗΙΟΝΟΜΑΙΣΥΝ . . . .
ΚΑΙΜΕΚΑΛΕΥΣΙΠΑΡΕΔΡΟΝ:ΕΛΑ . . . .
ΣΥΝΦΕΡΟΜΑΚΤΕΙΝΕΣΣΙΚΑΤΩ . . . .
ΟΣΣΑΔΕΜΟΣΓΝΩΜΩΝΝΟΟΣΕΙΣΙΔ . . . .
ΕΣΠΕΡΑΣΙΘΥΝΩʿΤΑΔΥΠΕΙΡΟΧΟΠΑΝΚΑΙϹ . . . . .
ΚΥΡΟΣΥΠΟΚΛΑΖΟΙΣΥΠΑΤΑΝΒΑΣΙΛΗΙΔΑΤΕ . . . .
ΠΤΗΣΣΟΝΟΑΜΕΤΕΡΑΝΔΕΣΜΩΝΔΑΕΚΟΥΣΑΝΑΙ . .
ΑΝΛΥΩʿΠΛΩΤΑΔΕΦΙΛΕΥΔΙΟΣΑΜΦΙΤΡΙΤΑ
ΝΗΥΣΙΜΕΛΑΜΠΡΩΡΟΙΣΙΝΥΠΑΙΠΑΧΝΩΔΕΟΣΑΥΧΜΩ
ΑΝΙΚΑΜΕΙΔΑΜΩΝΙΛΑΡΑΝΕΡΥΘΟΙΣΑΠΑΡΕΙΑΝ
ΑΜΠΕΤΑΣΩΤΡΙΟΥΝΓΛΑΥΚΩΛΕΝΟΝΕΝΔΕΠΕΡΗΤΟΙΣ
ΒΕΝΘΕΣΙΝΑΣΤΙΒΕΑΠΛΑΓΚΤΑΝΟΔΟΝΕΥΤΕΜΕΘΥΜΟΣ
ΚΟΡΟΥΣΗΙΚΛΟΝΕΩΠΑΝΤΑΙΔΕΜΕΛΑΝΘΕΙΡΟΙΣΩΙ
ΣΠΕΡΧΟΜΕΝΟΣΒΑΡΥΠΟΝΤΟΣΕΝΙΣΠΗΛΥΓΞΒΑΘΕΙΑΙΣ
ΜΥΚΑΤΕΣΑΔΥΤΩΝΠΡΑΤΑΔΕΠΙΣΕΛΜΑΤΙΔΟΥΡΩΝ
ΚΟΛΠΩΤΑΝΟΘΟΝΑΙΣΙΘΟΑΝΤΡΟΠΙΝΙΘΥΝΕΣΚΟΝ

ΟΙΔΜΑΚΑΘΙΠΠΕΥΟΙΣΑ·ΔΑΜΑΖΟΜΕΝΑΣΔΕΘΑΛΑΣΣΑΣ
ΩΚΥΠΟΡΟΙΣΕΛΑΤΑΙΣΕΛΙΚΑΝΕΣΤΑΣΕΧΟΡΕΙΑΝ
ΔΩΡΙΔΟΣΕΥΛΟΧΙΑ·ΠΕΡΙΠΑΛΛΕΤΟΔΕΝΦΡΕΣΙΘΑΜΒΟΣ
ΕΙΡΕΣΙΑΝΑΔΑΗΤΟΝΕΤΟΟΜΑΣΙΠΑΠΤΑΙΝΟΙΣΑΙΣ
ΙΣΙΣΕΓΩΠΟΛΕΜΩΚΡΥΕΡΟΝΝΕΦΟΣΕΡΚΕΣΙΜΟΧΘΩΝ
ΑΜΦΕΒΑΛΟΝΚΛΗΙΖΟΙΣΙΠΟΛΥΚΤΕΑΝΟΝΒΑΣΙΛΕΙΑΝ
ΘΕΣΜΟΦΟΡΟΝ·ΝΑΞΩΣΔΕΒΑΘΥΝΟΜΕΝΑΣΑΠΟΡΙΖΑΝ
ΕΣΦΑΟΣΕΚΒΥΘΙΑΣΠΟΤΑΝΑΓΑΓΟΝΙΛΥΟΣΑΥΤΑ
ΩΡΕΑΚΑΙΠΕ. . . . ΝΣΠΟΡΙΜΑΝΒΑΣΙΝΟΡΓΑΔΑΤΑΚΡΑΙΣ
ΣΤΗΡΙΚΤΑΙ. . . . . . . ΡΟΝΥΠΕΡΤΕΙΝΟΙΣΑ·ΒΟΑΥΛΟΙΣ
ΜΑΛΟΚΟΜΟΙ. . . . ΑΝΕΠΑΦΡΙΘΕΝΤΙΔΕΝΗΡΕΥΣ
ΠΛΑΣΕΤΝ. . . . . ΧΩΝΠΕΡΙΜΑΡΜΑΡΟΝΑΝΘΕΣΙΝΑΧΝΑΣ
ΦΛΟΓΕΡΟ. . . . ΡΕΜΕΘΟΝΤΑ ΟΤΙΝΟΚΑΔΑΙΣΙΝΑΡΑΣΣΩ
. . . . ΦΩΣΔΕΚΑΤΟΦΡΥΟΣΕΡΣΑΕΣΣΑΝ
. . . . ΒΩΠΟΤΙΜΑΤΕΒΑΠΕΙΚΑ=ΟΙΣΑΝ
. . . . ΟΤΕΙΡΑΝΥΠΕΡΝΑΛΟΙΣΔΕΚΕΡΑΥΝΩ
. . . . ΟΛΑΙΣΣΤΙΒΑΡΑΝΟΝΑΤΟΣ...ΑΠΕΙΛΑΝ

(Sequuntur usque octo versus literis corrosis et quae legi nequeant).

IOS.

Ii insulae nullae ante hunc diem editae fuerunt inscriptiones, praeter eas, quas Comes Pasch de Krienen, natione Hollandus, exhibuit in libro qui inscribitur: *Breve descrizione dell' Arcipelago cett. Livorno* 1773. 8. De quibus quid sentiam quum in universum exposuerim in Peripl. Insull. I. p. 155 seqq., nunc eam rem ulterius persequi supersedeo; edam autem eos titulos quos a. 1837 ipse e lapidibus exscripsi.

93.

Ii, in oppido, ad portam aedis D. Catharinae, in fragmento tabulae marmoreae.

. ΣΤΩΙΤΕΔΙΚΤΥ. ΙΠΟΛΙΕΙΚΑΙΤΗΙΑΘΗΝΑΙΤ
ΣΚΑΙΠΑΣΑΙΣΕΠΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΚΑΙΣΩΤΗ
ΗΜΦΙΛΑΝΚΑΙΤΗΝΣΥΜΦΩΝΙΑΝΤΗΜΠΡΟΣΗ
ΑΘΑΚΑΙ. ͻΔΙΟΙΠΑΡΑΚΑΛΟΥΣΙΝΕΠΑΙΝΕΣΑΙ
ΩΝΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣΚΑΙΑΓΑΘΟΥΤΙΝΟΣΑΕΙΠΑ

ΩΑΠΟΚΟΜΙΣΗΔΕΤΟΝΣΤΕΦΑΝΟΝΕΙΣΡΟΔΟΝ
ΑΓΟΡΕΥΣΑΙΕΝΤΩΙΑΓΩΝΙΤΩΝΗΛΙΕΗ . . Ω
ΑΝΠΑΡΑΚΑΛΩΣΙΝΗΜΑΣΡΟΔΙΟΙΕΛΕΣΘΑ . . ΙΔ
ΕΝΕΣΤΩΤΟΣΜΗΝΟΣΟΣΤΙΣΠΑΡΑΓΕΝ
ΩΕ . . ΝΤΩΝΤΑΙΣΠΟ

. . τῷ τε Δι[ί] τ[ῷ] Πολιεῖ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τ[ῇ] Πολιάδι ? καὶ θεοῖς πᾶσί
τε] καὶ πάσαις ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ καὶ σωτη[ρίᾳ . . . .
τ]ὴμ φιλ[ί]αν καὶ τὴν συμφωνίαν τὴμ πρὸς [Ῥοδίους ? . . . .
κ]αθὰ καὶ [Ῥό]διοι παρακαλοῦσιν· ἐπαινέσαι [δὲ αὐτὸν ? . . . . . .
. . ἐλευθερίας καὶ ἀγαθοῦ τινὲς ἀεὶ πα . . . .
. . ἀποκομίσῃ δὲ τὸν στέφανον εἰς Ῥόδον . . . .
ἀν]αγορεῦσαι ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Ἁλιεί[ων τ]ῶ[ν ἐν Ῥόδῳ ? . . . . .
ἂν παρακαλῶσιν ἡμᾶς Ῥόδιοι ἑλέσθα[ι ἄν]δ[ρα . . . .
ἐνεστῶτος μηνὸς ὅστις παραγέν[ηται ? . . . .
. . . . τῶν ταῖς πό[λεσιν ? . . . .

Fragmentum est decreti, quo Jetae Rhodium aliquem, qui ipsis foederis cum civitate sua ineundi suasor eta uctor videtur exstitisse (v. 3. 4.), publicis laudibus (v. 4), corona (v. 6.) aliisque honoribus impertiverant. Iupiter Polieus cum Minerva Poliade (v. 1) ne dubita quin Ietarum sint (quamquam etiam apud Rhodios novimus Iovem Σωτῆρα, C. J. G. II, n. 2526); nam Iones Athenis oriundi quum plurimas Aegaei maris insulas occupassent, ubique patrios deos secum attulerunt: praeter auctorem generis sui Pythium Apollinem, cujus antiquissimum Athenis delubrum in antro fuit sub muro Pelasgico, etiam tutorem urbis Iovem et Minervam Poliada, una cum Venere Urania aliisque.

Versu 7, coll. cum v. 6, praeter morem concedi videtur illi, de cujus honoribus agitur, ut decretum Ietarum etiam in patria civitate Rhodo publice recitari liceat, idque ludis Solaribus, quos apud Rhodios maxime solennes fuisse quum aliunde constat, tum vero testatur titulus Rhodius in C. I. G. II, n. 2525. *b.*

94.

Ibidem, in aedibus Cortessis tunc demarchi Ietarum, in marmore albo. Fragmentum pessime habitum.

a. . . . ΣΝΛΤΗΣ . . . .
. . . ΑΤΑΘΕΝ . . . . ΝΤΑΣΟΙΟ . ΩΝΝΕΜΕΙ . ΚΑΣ
ΔΕΤΟΥΣΙΕΡΟΠΟΙ . . . ΑΓC . . . ΥΣΝΕΜΟΝΤΑΣΙΕΡΑΚΑΥΣΑΜΙΘ
. . ΙΝΕΜΕΝΟ . ΟΣΑ . . . . . Ο . ΗΝΕΜΕΝΟΣΤΙΣΔΑΜΜΗΟΜΟ .
ΗΜΕΡΩΝ . Γ . ΚΗΡΥ . . . ΙΕΡΟΠΟΙΩΝΟΦΕΙΛΕΤΩΝΕΚΑΤΟΝΔΡΑ

ΔΗΜΟΣΙΩΙΦΑΙΝΕΝ...ΟΜ. . . Ε.ΟΝΠ.ΟΣΤΟΥΣΙΕΡΟΠΟΙΟ. .
ΗΜΙΣΕΙΕΝΑΙΔΕΤΗΣ...ΤΙΙ.ΣΟΙ. . ΛΕΚΕΥΣΕΧ.ΩΝΕΣΤΙΝΔ. . .

b. ΕΔΟΞΕΝΤΗΙΒΟΛΗΙ. . . . ΔΗΜΩΙΤΙΜΟΙ.ΗΣ. . . ΔΗΜΟΥ
. ΣΤΑΤΕΠΡΟΞΕΝΟΝΕΙΝΑΙΙΗΤΩΝΑΙΝΙΟ. ΑΝΕΙΑΙΝΕΤΟΚΟ
. . ΤΟ. . . ΓΙΟ.ΟΣΠΡΟΣΤΟ. . . ΠΑΡΧΟΣΙΠΡΟΞΕΝΟΙΣΕΙ

a. . . . .
. . . κ]αταθεν . . . . νέμο]ντας . . . . νέμει[ν ἕ]κασ[τ . . . .
δὲ τοὺς ἱεροποι[οὺς] ἀπο[γράφειν το]ὺς νέμοντας ἱερὰ . . . .
. . . νέμειν . . . . νέμειν· ὅστις δ' ἄμ μὴ ὁμολογήσῃ
ἡμερῶν [τριῶν?] κήρυ[ξιν τοῖς τῶν] ἱεροποιῶν, ὀφειλέτω ἑκατὸν δραχ[μὰς τῷ
δημοσίῳ· φαίνειν [δὲ τ]ὸμ [βουλόμ]ε[ν]ον π[ρ]ὸς τοὺς ἱεροποιο[ὺς ἐπὶ τῷ?
ἡμίσει· εἶναι δὲ τῆς . . . .

b. Ἔδοξεν τῇ βουλῇ [καὶ τῷ] δήμῳ· Τιμο[κλ]ῆς [Κλεο]δήμου ἐπ-
ε]στάτει· πρόξενον εἶναι Ἰητῶν Αἰν[έ]θ[εο]ν? Ε[ὐ]αινέτου Κ[ῷ]ον καὶ?
αὐ]τὸ[ν καὶ ἐκγ]ό[ν]ους πρὸς το[ῖς ὑ]πάρχουσι προξένοις· εἶ[ναι δὲ
αὐτῷ] . . . .

Lacunae mediae in marmore aliquanto sunt patentiores, quam hic exprimi potuerunt.

Lapidem satis antiquum esse arguit scripturae ratio: **Ε** breve pro diphthongo ει in infinitivis **ΝΕΜΕΝ** (*a*, 2 et 4), **ΦΑΙΝΕΝ** (*a*. 6) et **ΕΝΑΙ** (*a*. 7), itemque **Ο** pro ου in **ΒΟΛΗΙ** (*b*. 1) et saepius: quamquam in superiore titulo habetur jam diphthongus in **ΤΟΥΣ** (*a*. 3). Lapidis forma antae similitudinem refert: unde eum, sicut duo sequentes, ad parastatas templi Apollinis pertinuisse crediderim.

Sunt autem duo tituli diversi: in quorum priore de locatione sacrorum pascuorum agi videtur, a curatoribus templi (ἱεροποιοῖς) instituta. Supplementa, quae proposui, satis incerta esse ipse video; sed literae adeo sunt evanidae, ut certius nihil ex lapide erui possit.

Posterior titulus aliquanto majoribus exaratus est literis: unde sequitur, versus esse praecedentibus breviores. Continet autem initium decreti proxeniae. Proxeni nomen videtur fuisse Αἰνέθεος, patria autem Cos insula; majus enim aliquod supplementum non capit secundi versus finis.

9.5.

Ibidem, in aedibus ejusdem. Marmor est album, forma quadrata, qualis solet esse lapidum in antis templorum; sed vehementer laceratum est. Repertum esse dicitur ante aedem D. Catharinae. A fronte ei inscriptus est titulus *A*; in sinistro latere *B*, dextro autem *C*.

A.

. . . . \ΤΗΝΒΟΥΛΗΝ. . ΤΟΝΔΗ. . ΝΕΑΝ. . Α . . . .
. . . . ΑΥΤΟΥΤΗΜΠΡΟΞΕΝΙΑΝΤΟΥΣΑΡΧΟΝΤΑΣΤΟΥΣ 2
. . . . . ΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΤΟΥΠΥΘΙΟΥΕΙΣΔΕΤΗΝΑΝΑΓΡΑΦΗΝΤΟΑΝΗΛ .
. . . . . ΣΕΙΝΑΥΤΟΥΣΑΠΟΤΗΣΠΡΟΣΟΔΟΥΤΗΣΠΑΡΕΑΥΤΟΥΣΠΡΟΣΙΟΥ . . . .

. . . . [εἶναι δὲ αὐτῷ
πρόσοδον πρὸς] τὴμ βουλὴν [καὶ] τὸν δῆ[μο]ν ἐάν [του δέηται· ἀνα-
γράψαι δὲ] αὐτοῦ τὴμ προξενίαν τοὺς ἄρχοντας τοὺς [περὶ . . . . εἰς
τὸ ἱερὸν] τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου· εἰς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τὸ ἀνήλ[ωμα
παρασκευά]σειν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς προσόδου τῆς παρ' ἑαυτοὺς προσιού[σης.

B. ΟΝΤΩΝ . . . .
ΕΙΑΥΤΟΥ . . . .
ΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΤΟΥΠΥΘΙΟΥ . . . .
ΝΑΙΤΟΥΣΑΡΧΟΝΤΑΣΤΟΥΣΠΕ . . . .
.ΙΝΑΝΑΓΡΑΦΗΝΔΟΝΤΩΝΑΠΟΤΩ . . . .
. . . ΣΙΟΥΣΗΣ . . . .

. . . . [μετὰ τῶν ὑπαρ-
χ]όντων [προξένων . . . .
ει αὐτοῦ [. . . . . εἰς τὸ ἱερὸν
τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου· [τῆς δὲ ἀναγραφῆς ἐπιμεληθῆ-
ναι τοὺς ἄρχοντας τοὺς πε[ρὶ . . . . τὸ δὲ ἀνήλωμα εἰς
τὴ]ν ἀναγραφὴν δόντων ἀπὸ τ[ῆς προσόδου τῆς παρ' ἑαυτοὺς
προ]σιούσης [οἱ πράκτορες οἱ περὶ . . . . ?

C. . . . . ΝΙ . . . . Ι . Τ . . Ε . . . .
. . . . ΙΣΜΑΑΝΑΓΡΑΨΑΝΤΩΝΟΙ . . . . .
. . . . ΥΕΜ . . ΜΗ. . . ΤΟΝ \ΗΝΑ . . . . .
. . . . ΘΙΟΤΟΔΕΑΝΑΛΩΜΑΠΑΡΑΣ . . . . .
. . . . ΤΟΣΑΜΦΙΘΙΑΣΗΝΤΟΨΗΦ . . . .

. . . .

. . . . τὸ ψήφι]σμα ἀναγραψάντων οἱ [ἄρχοντες οἱ περὶ . .

. . . . [τοῦ Ἀπόλ-

λωνος τοῦ Πυ]θίου· τὸ δὲ ἀνάλωμα παρασ[κευάσειν

τοὺς πράκτορας ?] τοὺς ἀμφὶ Θιάσην· τὸ ψήφ[ισμα ἅπαν

[εἶναι εἰς φυλακὴν τοῦ δήμου καὶ τῆς χώρας.]

Omnes hi tituli, sicut proxime sequens (n. 96.), in simili versantur argumento; continent nimirum decreta proxeniarum. Quamobrem tum invicem sibi suppeditant supplementa, tum vero illa ex aliis hujusmodi titulis peti possunt, inprimis ex decreto Sicinetarum, quod edidi in Ind. Lectt. Univers. Athen. 1837. Videamus jam de singulis.

Tituli *A*, utpote in fronte lapidis exarati, major est latitudo, quam reliquorum: id quod in supplementis eligendis tenendum est. Versu 2 dedi τοὺς ἄρχοντας τοὺς περὶ τὸν δεῖνα, ex *B*. 4 et ex decreto Sicinetarum supra laudato v. 19. Scripturam ἀνήλωμα (v. 3) cave in suspicionem voces, etiamsi *C*. 4 habetur ἀνάλωμα. Illam enim tuentur plura exempla, velut in inscriptione Syria in C. I. G. II, n. 2347. *C*. v. 61, ubi cf. Boeckh. Versu denique 4 (coll. *C*. 4) scripsi παρασκευάσειν pro eo quod vulgo esse solet δοῦναι. Infinitivus futuri eo loco peritos non offendet.

Titulus *B*, in sinistro antae latere, versus habet paullo breviores, quam praecedens. In supplementis quae proposui, nihil fere est, quod morari lectores possit. Subita transitione ab obliqua oratione (v. 3: ἐπιμεληθῆναι) ad rectam (v. 5: δόντων) nolim quemquam offendi; talia enim in plebiscitis frequentissima sunt. V. 6 probabile est memoratos fuisse πράκτορας, ut quaestorium magistratum, quemadmodum apud Sicinetas (cf. tit. supra laud. v. 21).

Titulus *C*, in dextro antae latere, tum aliquanto antiquior est reliquis; nam habet etiamnum simplex O pro diphthongo OY in ΘΙΟ (v. 4) et ΤΟΣ (v. 5); tum vero literis paullo grandioribus scriptus: quo fit, ut supplementis minus spatii relinquatur. De παρασκευάσειν (v. 4) et πράκτορας (v. 5) dictum est ad tit. *A* et *B*. Θιάσης vel Θιασῆς (v. 5) est nomen proprium hucusque incognitum. Extremum versum supplevi ex titulo proxime sequenti.

96.

Ibidem, ad portam aediculae Παναγίας Πηγαδιανῆς, quae aedi D. Catharinae contigua est. Lapidis ea est forma, ut, quemadmodum praecedens, ad antam (φλιὰν) templi Apollinei pertinuisse censendus sit; sed duo ejus latera in muro latent.

. . . Y.IO . . . . ΑΙΑΝΑ . . . .

ΤΟΥΠΥΘΙΟΥΕΠΙΜΕΛΗΘΗΝΑΙΤΟΥΣΑΡΧΟΝΤΑΣΤΟΥΣ . . . .

ΔΟΥΝΑΙΕΙΣΤΗΝΑΝΑΓΡΑΦΗΝΤΟΥΣΣFΛΟ.ΕΠ. . . . .
ΑΠΑΝΕΙΝΑΙΕΙΣΦΥΛΑΚΗΝΤΟΥΔΗΜΟΥΚΑΙΤΗΣ. . . .

. . . . κ]αὶ ἀνα[γράψαι τὴν προξενίαν εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος
τοῦ Πυθίου ἐπιμεληθῆναι τοὺς ἄρχοντας τοὺς [περὶ τὸν δεῖνα· τὸ δὲ ἀνάλωμα
δοῦναι εἰς τὴν ἀναγραφὴν τοὺς [. . . . . τὸ ψήφισμα
ἅπαν εἶναι εἰς φυλακὴν τοῦ δήμου καὶ τῆς [χώρας.

Constructionem paullo insolentiorem v. 1 et 2: ἀναγράψαι ἐπιμεληθῆναι τοὺς ἄρχοντας, repetivi e decreto Sicinetarum supra laudato v. 18. In literis evanidis v. 3: ΣFΛΟ . ΕΠ fortasse rursum latent [Π]ΡΑ[ΚΤΟ]Ρ[ΕΣ· sed nolui hos textui obtrudere. V. 4 supplevi χώρας ex simili formula plebiscitorum quorundam Atticorum.

Haec hactenus. Iam si consideremus, ante aedem D. Catharinae repertum esse titulum praecedentem, exstare autem ibidem etiamnum ex nostris hunc et n. 93, atque reliquias Krieneniani marmoris, cum quibusdam fragmentis statuarum et aliis antiquis marmoribus: vix ullus dubitationi locus relinquitur, quin illa aedis cum contiguis aediculis locum delubri Apollinis Pythii occupaverit, et quin Iovis Πολιέως et Minervae Poliadis qualecunque fanum in eadem fuerit vicinia.

97.

In *Ii* insulae eo littore, quod ad Aquilonem ventum et ad Amorgum insulam spectat, convallis est fertilis, vinetis maxime consita, quae Ψάθη appellatur. Ibi prope littus, super antiqua quaedam fundamenta, situm est sacellum τῆς Παναγίας εἰς τὴν Ψάθην 'σ τὸ Πωρί, et ante ejus fores marmor satis grande, in quo hic titulus literis optimae aetatis exaratus.

. . . . . .ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣΔΙΟ
. . . . . .ΦΥΤΑΛΜΙΩΙ

In promtu est, initio secundi versus supplere ΝΥΣΩΙ· sed ita efficitur, ut in priore quoque versu aliquid deesse statuamus, ne literarum aequabilis dispositio, quae in hujusmodi inscriptionibus observari solet, videatur desiderari. Quodsi posuerimus fuisse ΑΠΑΡΧΗΝ vel ΔΕΚΑΤΗΝ, titulum sic licebit supplere:

Δεκάτην] Ἡρακλείδης Διο-
νύσῳ] Φυταλμίῳ.

Bacchus Phytalmius, quod sciam, aliunde haud innotuit, sed Iovem tantummodo novimus Φυτάλμιον et Φύτιον ex Hesychio sub his vocc. Ab arborum, praesertim ficorum cura inditum hoc cognomen Baccho putes; eodem nos ducit etiam Phytali herois nomen, qui apud Athenienses huic arborum generi praeesse

credebatur (Paus. 1, 37,2). Sin ad vinearum culturam cognomen referre malis, comparare licebit, quem titulus quidam Lebadeensis prae se fert, Διόνυσον Εὐστάφυλον.

TENUS.

Tenii lapides post editum Corp. Inscr. Gr. fasc. quartum, quo tituli hujus insulae ad illum usque diem noti a n. 2329 ad n. 2347 *a. b.* continentur (additis etiam titt. 202 - 206, qui inter Atticos editi sunt), non pauci reperti sunt alii. E quibus duos edidit Cl. Boeckhius (*Bull. Inst. Arch.* 1832. *p.* 55 *seqq.*); eosdem cum tribus aliis repetiit A. Mustoxydes (Ἰον. Ἀνθολ. 5. σελ. 230. 231); hos autem quinque titulos multosque alios ineditos (praeter quatuor, qui jam in C. I. G. n. 2336, 2339. 2340. 2343. explicati fuerant) postremo edidit commentariisque instruxit Phil. Lebas (*Inscr. Gr. et Latines, vol. II. n.* 149-168). Quamobrem de lapidibus Teniis, quos ipse transscriptos habeo, eos tantum edam, quos aut non noverant triumviri illi, aut quorum Lebasius apographis usus est minus accuratis.

98.

Teni, in fragmine tabulae marmoreae, in proaulio aedis B. Virginis τῆς Εὐαγγελιστρίας.

ΧΟΝΤΟΣΑΜΕΙΝΟΚΛΕΟΥΣ ΟΙΔΕ		Ἄρ]χοντος Ἀμεινοκλέους οἵδε	
ΑΝ ΤΗΝΠΡΩΤΗΝ ΕΞΑΜΗΝΟΝ		ἦρ]ξαν τὴν πρώτην ἑξάμηνον·	
ΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΗΣ ΓΕΝΝΑΙΟΣ		Γρ]αμματεὺς βουλῆς Γενναῖος	
ΝΑΙΟΥ		Γεν]ναίου	
ΠΡΥΤΑΤΑΝΕΙΣ (sic)		Πρυτάνεις	
ΤΟΝΤΕΛΕΟΥΚΑΘΥΟΘΕΣΙΑΝ		Ἀρίσ]τ[ω]ν ? Τελέου, καθ' ὑοθεσίαν	
ΧΗΤΟΥ		δὲ Εὐφι]λήτου ?	
ΛΟΣΖΩΙΛΟΥ	ΓΥ	Ζώϊ]λος Ζωΐλου	Γυμνασίαρχοι
Α . ΗΣ	ΔΗΜΟ	. . . . . ά[δ]ης	Δημο[. . . . . καθ' ὑο-
	ΘΕΣ . ΛΑ	[Ταμίας ?]	θεσ[ί]αν δὲ
. . . . ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ	ΑΡΙΧΙΤΟ . . .	. . . . Ξενόφιλος	. . . .
ΤΡΑΠΕΖΙΤΗΣ	ΚΛΕ . ΔΗ	Τραπεζίτης	Κλε[ό]δη[μος
ΡΑΤΟΣ	ΚΑΙ	Πολυά]ρατος ?	. . . .
ΥΟΥ	. . . .	. . . . ου	. . . .
ΡΑΜΜΑΤΕΥΣ	ΙΕΡΩΝ . .	Ὑπογ]ραμματεὺς ?	Ἱέρων
ΤΟ	ΑΠΟΛΛΩΝ . . .	. . . .	Ἀπολλωνίου
ΗΓΟΥ	ΦΙΛΟΞΕΝΟ .	Στρατ]ηγο[ί	Φιλόξενο[ς

. . . . .	. . . .	. . . .	. . . .
ENOY	. . . .	. . . . . . ἐνου	. . . .
YTPOΣ	EIΣAI ι ι Σ	. . . . . . υτρος	Εἰσα[γωγεῖς
NΔPOY	ΞENO	. . . . . . νδρου	Ξενο . . . . .
ΣTPATΩNOΣ	ΘAPΣ	. . . . . Στράτωνος	Θαρσ[ίου
NΣATYPOY	TIMHΣIE . . .	. . . . . ν Σατύρου	Τιμησι[κ . . . .
IANΔE	EYEΛOO	καθ' ὑοθεσ]ίαν δὲ	Εὐέλθο[ντος ?
IOY	ΠEIΣIΔA . . .	. . . . . ιου	Πεισίδα[μος
IΔHΣ	TIMOMAXO .	. . . . . ίδης	Τιμομάχο[υ
. . . . . .	ΠPAKTOPEΣ	. . . .	Πράκτορες
. . . . . .	HPAKΛEITOΣ	[Ὑποστράτηγοι]	Ἡράκλειτος
. . . . . .	HPAKΛEITOY	. . . .	Ἡρακλείτου
. . . . . .	EPMIAΣEPMIOY	. . . .	Ἑρμίας Ἑρμίου
. . . . . .	KOINTOΣMAPKOY	. . . .	Κοΐντος Μάρκου

OΣΘEOΠEIΘOYOIΔEHPΞAN — Ἄρχοντ]ος Θεοπείθου οἵδε ἦρξαν

EPANEΞAMHNON — τὴν δευτ]έραν ἑξάμηνον·

ΔIOΔΩPOY — Διοδώρου

Catalogus est magistratuum Teniorum, quales sunt in C. I. n. 202-206; sed si ad ordinem spectes, quo magistratus sese excipiunt, aliquantum ab illis recedit. Nam quum in illis semper sic memorentur: unus scriba senatus, tres prytanes, sex (vel quatuor, n. 205. 206) praetores, unus hypostrategus, (deest in n. 205), duo gymnasiarchi (unus n. 205. 206), unus trapezita, tres astynomi, unus agonotheta, tres practores, tres logistae, duo agoronomi, tres εἰσαγωγεῖς: in nostro lapide mutato ordine post prytanum mentionem sequitur quaestor (ni fallor), certe trapezita; hunc vero excipit aliquis ὑπογραμματεύς, cujus in praedictis titulis nullum est vestigium. Deinde sequuntur practores, fortasse etiam hypostrategus, et unus vel duo gymnasiarchi. Reliqua adeo lacera sunt, ut eorum, quorum mentio desideratur, magistratuum locus et ordo definiri nequeat. Desinit autem hic prioris semestris spatii catalogus in εἰσαγωγεῖς et practores.

99.

Ibidem, ubi praecedens titulus, in simili tabula marmorea. Superiores duo versus majoribus exarati sunt elementis.

IΛE
ΗΣHPAKΛEIΔ
OΛΩNIOYΦYΛHΣ

Titulum vides utrinque vehementer laceratum: unde qua de re agatur, non satis me assequi fateor. Ἡρακλεῖδαι fuerunt una de decem vel pluribus Te-

ΟΥΣΩΝΗΝ. .
ΟΜΙΑ. . .ΟΜΟΜΟ.Α
ΥΣΕΠΙΠΛΕΥΣΑΝΤΑ
ΑΤΕΙΧΗΚΑΙΚΑΤΑ
ΡΗΤΗΣΠΟΛΕΩΣΟΝΗΑΣ
ΘΠΕΣΕΣΟΤΗΣΠΟΛΕΩΣ
ΤΟΥΣΠΟΛΕΜΙΟΥΣ

niorum tribubus, quarum novem tantum novit Cl. Boeckhius (C. I. II. n. 2338 et p. 272), decimam autem demonstrabimus infra, in titt. 102 et 103. Nam in ΟΛΩΝΙΟΥ ΦΥΛΗΣ (v. 3) vehementer offendor: propterea quod, si apud Tenios exstitisset tribus ab Apollinis nomine appellata, ea potius Ἀπολλωνία sive Ἀπολλωνὶς dicenda fuisset. Quamobrem haec vocabula non jungenda, sed disjungenda esse suspicor, sic fortasse: [Ἄρχοντος Ἀπ]ο[λ]λωνίου, φυλῆς [τῆς δεῖνος cett.].

100.

Ibidem, in eodem marmore, in quo praecedens titulus.

ΑΜΟΣ ΑΛΕΞ		Κλεό?]αμος? Ἀλεξ[άνδρου	
ΤΗΣΥΑΚΙΝΘΙΔΟ		τῆς Ὑακινθίδο[ς φυλῆς	
ΦΙΛΙΣΚΟΣ	. . . .	Φ.λίσκος	. . . . . .
ΕΥΦΙΛΗΤΟΣ	ΚΛΕΟΦΡΑΔΗΣ	Εὐφίλητος	Κλεοφράδης
ΚΟΥΦΟΚΡΙΤΟΣ	ΚΛΕΟΧΑΡΗΣ	Κουφόκριτος	Κλεοχάρης
. .ΥΣΙΩΝ	ΦΙΛΟΦ. . . .	Πα]υσίων	Φιλοφ[ῶν
. .ΤΤΩΝ	ΠΟΛΕΑΣ	. . ττων	Πολέας
. . .ΥΞΕΝΟΣ	ΠΡΩΤΟΚ. . . .	Πολ]ύξενος	Πρωτοκ[λῆς. . .
. . . .	. . . .	. . . . . .	. . . .

Catalogus hominum ex Hyacinthide, ut videtur, tribu; fortasse militaris.

101.

In *Teno* insula, in vico Ξυνάρα, ad fontem prope aedes Episcopi Catholicorum; in parvula stela anaglypho ornata.

ΔΑΝΙΕΗΛΙΟΔΩ
ΡΥΣΙΕΧΡΗΣΤΕ
ΧΑΙΡΕ

Ποτι]δάνιε? Ἡλιοδώ[ρου
Ὀ]ρυ[ή]σιε χρηστὲ
χαῖρε.

Ποτιδάνιος (siquidem recte restitui nomen) est pro Ποσειδώνιος. Mirum autem accidit, in insula Ionica tot reperiri nomina Dorica: id quod jam observatum est Boeckhio II. p. 272. Versu 2 scripsi Ὀρυήσιε, quod est nomen unius de decem tribubus.

102.

Olim *Teni*, unde habuit Lebas l. l. n. 158); anno autem 1835, quum ego transscripsi, Aeginae in

Museo; nunc Athenis. In tabula marmoris Tenii caerulei circumquaque praefracta. Versus vacui (10 dimidius cum 11, et 13 cum 14) in ipso apide antiquitus fuerunt erasi.

ΩΝΑ
ΙΕΙΙΩΝ:ΚΛΕΑΓΟΡΑ
ΣΧΑ
Ο Ι
ΔΩΚΕΝΕΠΙΤΗΙΘΥΓΑΤΡΙΤΗΙΑΥΤΟΥΕΜΠΕΔΙΑΙ:ΔΙ
ΛΚΙΝΘΙΚΩΙΚΑΙΤΑΕΓΚΕΣΤΡΕΩΙΚΑΙΤΑΛΛΑΤΑΑΥ
ΛΤΡΙΤΗΙΑΥΤΟΥ:ΦΑΙΝΙΣΚΗΙ:ΑΡΓΥΡΙΟΥΔΡΑΧΜΑΣ:ΔΙΣΧ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΑΙΑΡΓΥΡΙΟΥΔΡΑΧΜΑΣΔΙΣΧΙΛΙΑΣ:ΤΕΙΣΙΣ
ΝΟ:ΓΥΡΑ:ΞΕΝΩΝΙ:ΠΙΣΤΟ:ΔΟΝΑΕΠΕΔΩΚΕΠΡΟΙΚΑ
ΟΣΤΗΜΠΡΟΙΚΑΤΑΑΥΤΟΥΠΑΝΤΑ . . . .
. . . .
ΑΡΙΣΤΟ:ΓΥΡΑΕΠΙΝΙΚΗΣΙΛΗΙΤΗΙΜΗΤΡΙΤΗΙΑ
ΝΙΚΗΣΙΛΗ: . . . .
. . . .
ΕΠΙ . . . . . . ΑΙΟΥΠ

. . . .
. . . . Κλεαγόρα . . . .
. . . . Ἐ]σχα(τιώτης).
θ *ε*] *ο* *ι.*
Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος (*nomen tribus*) ἐπέ]δωκεν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ τῇ αὐτοῦ Ἐμπεδίᾳ δι-
σχιλίας δραχμὰς καὶ τὰ χωρία τὰ ἐν Ἰα]κινθικῷ καὶ τὰ ἐγ Κεστρέῳ καὶ τἄλλα τὰ αὐ[τοῦ.
Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος *cett·* ἐπέδωκεν ἐπὶ τῇ θυγ]ατρὶ τῇ αὐτοῦ Φαινίσκῃ ἀργυρίου δραχμὰς δισχ[ι-
λίας . . . . καὶ ἐπὶ ἑτέρᾳ θυγατρὶ] Ἀριστοκλείᾳ ἀργυρίου δραχμὰς δισχιλίας. Τεῖσις
τοῦ δεῖνος, καθ' υἱοθεσίαν δὲ? . . . . . .]νου Γυρα[εὺς] Ξένωνι Πίστου Δονα[κεῖ] ἐπέδωκε προῖκα. . .
. . . . .ος τὴμ προῖκα τὰ αὐτοῦ πάντα . . . .
. . . .
. . . . .Ὁ δεῖνα . . . .]αρίστου Γυρα[εὺς] ἐπὶ Νικησίλῃ τῇ μητρὶ τῇ α[ὑτοῦ
. . . . Νικησίλη . . . .
. . . .

Consignantur hoc marmore dotes, quas cives quidam in filias suas aliasve mulieres contulerint (velut in matrem, v. 12: credo quum post mortem prioris mariti alii nuberet): cujusmodi titulum habes etiam

inter Atticos meos ineditos. V. 9 videtur aliquis etiam alium virum, fortasse generum suum, dote adjuvisse. V. 6 memorantur χωρία ἐν Ὑακινθικῷ, de quo videsis tit. sequentem, et ἐν Κεστρίῳ, quem locum aliunde haud novimus. V. 9 ΔΟΝΑ est Δοναχεῖ, nomen tribule etiam in aliis titulis Teniis obvium (cf. C. I. II. p. 272); in ΓΥΡΑ autem latet nomen decimae tribus hucusque vel incognitum, vel obliteratum, de quo disseremus ad tit. sequ.

1 0 3.

Teni, in cubiculo monasterii Evangelistriae, ubi tunc (a. 1835) Curatores illius ecclesiae consessus agere solebant; literis elegantioribus.

ΩΡΙΣΔΙΟΔΩΡΟΣΑΓΔΩΚ	. . . . Διόδωρος . . . .
ΙΛΙΠΠΟΣΕΥΠΟΡΙΩΝΟΣ	. . . . . . Φ]ίλιππος Εὐπορίωνος . . . . . .
ΣΔΙΟΔΩΡΟΥΕΣΧΑΤΙΩΤ	. . . . ς Διοδώρου Ἐσχατιώτ[ης . . . . .
ΤΟΝΕΣΣΩΣΙΣΤΡΑΤΟΣΝ	. . . . . . γεί]τονες Σωσίστρατος Ν . . . . .
ΙΟΡΟΥΕΚΠΟΛΕΩΣΚΑΙΧ	. . . . όρου ἐκ Πόλεως καὶ Χ . . . . . .
ΟΥΝΤΙΚΑΙΤΑΧΩΡ	. . . . ἐν Ἐλαι]οῦντι καὶ τὰ χ[ωρία . . . . . .
ΟΥΓΥΡΑΕΙΣ	. . . . ου Γυραεῖς? . . . .
ΝΟΙΩΙΙΑΚΙΝΘΙΚ	. . . . ἐ]ν Οἴῳ [Ὑ]ακινθικ[ῷ . . . . . .
ΛΠΑΓΚΛΕΟΥΣΓ	. . . . Παγκλέους Γ[υραέως? . . . .
ΠΙΤΟΔΗΜΙ	. . . . ἐ]πὶ τὸ δημ[όσιον . . . . . .

Titulus fuit aut similis argumenti ac praecedens, qui est de pecuniis et agris [illegible]abus quibusdam in dotem conferendis; aut de agris venumdatis. Ἐσχατιώτης (v. 3) et ἐκ Πόλεως (v. 5) sunt nomina tribuum; Ἐλαιοῦντα (v. 6) novimus e C. I. n. 2338 fuisse aliquem in Teno locum; Oeum antem Hyacinthicum (v. 8) ex hoc demum titulo in topographiam insulae recipiendum est. Magis memorabile est, quod v. 7 plenis literis scriptum habetur ΓΥΡΑΕΙΣ: quod noli dubitare quin sit nomen decimae Teniorum tribus hucusque ignoratum. Idem occurrit bis in titulo praecedente v. 9 et 12, sed per compendium scripturae decurtatum, ΓΥΡΑ: pro ΓΥΡΑΕΥΣ. Ejusdem denique adjectivi forma feminina exstat leviter obliterata in C. I. n. 2338. v. 20: ΟΦΥΡΑΙΔΟΣ, hoc est:....ου (quod mansit e genitivo patronymici) Γυραΐδος. Fuisse autem in Teno montem appellatum Γύρον, Γυραίαν πέτραν, Γυρὰς πέτρας, eumque situm esse in meridionali insulae parte, e regione Deli et Myconi, qui mons hodie Cycnias (Κυκνίας) nominatur, diu est ex quo monui (cf. meas Insull. Aeg. Mar. I. p. 11. 20. Add. Lycophr. Cass. 387 sqq. c. schol.)

104.

Ibidem, in eodem loco, ubi titulus praecedens. Literaturae genus ad secundum p. Chr. n. saeculum videtur referendum.

ΘΥΣΣΑΔΟΣΑΓΡΟΤΕΡΟΥΒΡΟΛ
ΕΝΤΕΛΕΤΑΙΣΙΝΑΓΗΝΟΡΙΔ
ΜΕΣΣΑΤΙWΝΒΑΧΧΟΙΟΤ
ΗΜΙΤΕΛΗΜΕΓ.ΑΡWΝΤΕΛ
WΝΧΑΡΙΝΕΣΔΙΟΝΥΣΟΝ
ΗΔΕΠΟΛΙΣΕΤΕΡΙΞΕΧΑ
ΤΗΝΜΕΡΟΠΕΣΣΙΑΒΑΡ
ΕΙΣΙΑΝΕΥΠΑΤΕΡΕΙΑΝ

Epigramma Bacchici argumenti, octo versibus heroïcis compositum: in quibus restituendis si quis periclitari velit, faustum ei precamur successum.

105.

Titulus Christianus, *ibidem*, in fundamentis Monasterii Evangelistriae effossus. (Cf. meas Insull. Aeg. Mar. I. p. 17.) Textum vide in tab. lithogr.

Φῶς ζωῆς.
Οἰκίδι[ο]ν διαφέρον
τῷ δεσπότ[ῃ] μου τῷ Ἁγίῳ Ἰσιδώρῳ.

SYRUS.

Syrios titulos quotquot innotuerant quum Corp. Inscr. fasc. IV edebatur, reperies ibi n. 2347. *c. d. e. f.* Exinde autem in hac quoque insula satis multi lapides sunt reperti, et plerique in Museum illati, quod moderante primum I. Cocconi, dein S. Valetta, Gymnasii praeceptore, apud Hermopolitas institui coeptum est. Ex quibus unum tantum, ex apographo negligenter facto, vulgavit Ph. Lebas l. l. n. 148; alios autem nonnullos, ab I. Cocconi diligenter transscriptos, diu est ex quo cum Cl. Boeckhio communicavi; duos ipse edidi *(Kunstbl.* 1836. *N.* 17. *Inselreise I. p.* 9): neque restant edendi, nisi quos in novissimo meo itinere a. 1841 ipse e marmoribus exscripsi.

106.

Hermupoli, in Museo, in tabula marmorea oblonga. Titulum a Cl. Lebasio l. l. male editum ex accuratiore apographo repetendum duxi.

ΆΝΔΡΆϹΟΦΟΝΜΟΥϹΆΙϹΙΤΕΤΕΙΜΕΝΟΝΕϹΘΛΟΝΕΤΆΙΡΟΝ
ΠΆϹΙΦΙΛΟΙϹΆΓΆΘΩΧΡΗϹΆΜΕΝΟΝΒΙΟΤΩ
ΕΙΡΗΝΆΙΟΝΕΔΕΚΥΟΠΆΤΡΗϹΜΕΡΟΠΗΙΔΟϹΟΝΤΆ
ϹΥΡΟϹ

L Ω S

Ἄνδρα σοφὸν, Μούσαισι τετειμένον, ἐσθλὸν ἑταῖρον
Πᾶσι φίλοις, ἀγαθῷ χρησάμενον βιότῳ,
Εἰρήναιον ἔδεκ[τ]ο πάτρης Μεροπηΐδος ὄντα
Σύρος.

Lebasius primo versu dedit περιλημένον, et ὅπλισμα pro ἑταῖρον, quae ex lapide correximus. Reliqua quoque apud nos sunt veriora. Τετειμένον est ex orthographia serioris temporis pro τετιμένον. Μεροπηΐς sive alibi Μεροπὶς est nomen mythicum insulae Coi. Vid. Callim. Hymn. in Del. 160. Steph. v. Κῶς et Μέροψ. Quartus versus relictus est imperfectus. Sigla infra apposita quomodo explicanda sint, non perspicio; nisi fortasse sit siglum, quo marmor in lapicidinis insignitum fuit. Cf. infra ad n. 152.

107.

Hermupoli, in littore australi portus, inter rudera delubri Neptuni et Amphitrites; in basi quadrata albi marmoris, quatuor fere palmas alta lataque.

ΕΠΙΙΕΡΕΩΣΝΙΚΑΓΟΡΟΥ	Ἐπὶ ἱερέως Νικαγόρου
ΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΕΡΑΝΙΣΤΩΝ	τὸ κοινὸν τῶν Ἐρανιστῶν
ΩΝΗΡΧΕΡΑΝΙΞΕΜΑΡΩΝ	ὧν ἠρχεράνιζε Μάρων
ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΚΑΙΑΜΦΙΤΡΙΤΕΙ	Ποσειδῶνι καὶ Ἀμφιτρίτει.

Templum Neptuni Asphalii in eo loco fuisse septem jam abhinc annis compertum est, invento titulo, quem primum in Diar. Artt Tub. 1836. N. 17 edidimus:

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣΑΣΦΑΛΕΙΟΥ

(Cf. nostrum Periplum Inss. Aeg. mar. I. p. 9). Ibidem autem effossa est anno 1839 haec basis, in qua qui exaratus est titulus Macedonicam fere aetatem refert: id quod confirmatur archaica tertii casus terminatione in nomine Amphitrites, ΕΙ pro ΗΙ. Notatu dignum est sodalitium Eranistarum cum Archeranista suo, qui alibi audit ἐρανάρχης. Cf. Wachsmuth. Antiquitt. Gr. II. 1. p. 230. Verbum ἀρχερανίζω hinc lexicis novum accedit.

108.

Ibidem, in Museo, in lapide rudi, literis elegantioribus, secundi vel tertii a. Chr. n. saeculi.

ΗΓΗΣοΥ·Σ
ΤΗΣΚΛΕοΜ
·ΡοΤοΥοΥΓΑΤΡο·
ΠΡοΙΞΤοΧΩΡΙ
·Ν

Ἡγησοῦς τῆς Κλεομ[β]ρότου
θυγατρό[ς] προὶξ τὸ χωρί[ο]ν.

Terminus est, effossus prope vicum Τάλαντα, versus meridiem ab Hermupoli, quo Hegeso Cleombrot filia istum agellum pro dote habuisse declaratur. Literaturae genus ad quartum tertiumve a. Chr. n. pertinet saeculum.

109.

Ibidem, in Museo, in tabula Parii marmoris. Ad dextram et sinistram tituli corona insculpta.

ΕΔΟ. . . ΗΒΟΥΛΗΚΑΙΙΩΔΗΜΩΠΡΥΤΑΝΕΩΝΓΝΜΩΗ.Ι
ΕΠΕΙΒΕΡΝΕΙΚΗΝΕΙΚΟΜΑΧΟΥΓΥΝΗΔΕΑΡΙCΤΟΚΛΕΟΥCΤΟΝΕΙCΙΔΩ
ΡΟΥΑΓΑΘΗΝΤΕΚΑΙΕΥCΧΗΜΟΝΑΝΤΗΝΑΝΑCΤΡΟΦΗΝΠΕΠΟΗΤΑΙ
ΕΝΠΑCΙΝΑΡΧΕΙΝΗΤΕΓΕΝΟΜΕΝΗΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΑΦΙΔΩCΕΠΕΤΕ
ΛΕCΕΝΚΑΙΘΕΟΙCΚΑΙΑΝΘΡΩΠΟΙCΥΠΕΡΤΗCΠΑΤΡΙΔΟCΕΙΕΡΕΙΑΤΕ
ΚΑΤΑCΘΑΘΕΙCΑΤΩΝΟΥΡΑΝΙΩΝΘΕΩΝΔΗΜΗΤΡΟCΚΑΙΚΟΡΗCΤΩΝ
CΕΜΝΟΤΑΤΩΝΑΓΝΩCΤΕΚΑΙΑΞΙΩCΤΩΝΘΕΩΝΚΑΙΤΗCΠΟΛΕΩC
ΕΙΕΡΑΤΕΥCΑCΑΜΕΤΗΛΛΑΞΕΤΟΝΒΙΟΝΚΑΙΤΕΚΝΟΤΡΟΦΗCΑ
CΑΔΙΑΔΗΔΟΚΕΙΤΗΒΟΥΛΗΚΑΙΤΩΔΗΜΩΠΡΟΕΠΑΙΝΕCΑΙΜΕΝ
ΤΗCΓΥΝΑΙΚΟCΤΟΝΠΡΟΒΕΒΙΩΚΟΤΑΧΡΟΝΟΝCΤΕΦΑΝΩCΑΙΤΕΑΥ
ΤΗΝΧΡΥCΩCΤΕΦΑΝΩΩΠΑΤΡΙΟΝΕCΤΙΝΗΜΕΙΝCΤΕΦΑΝΟΙΝ
ΤΑCΑΓΑΘΑCΤΩΝΓΥΝΑΙΚΩΝΟΔΕΓΡΑΦΩΝΗΜΕΙΝΑΝΑΓΟ
ΡΕΥCΑΤΩΥΠΟΤΗΝΕΚΚΟΜΙΔΗΝΤΗCΓΥΝΑΙΚΟCΟΤΙCΤΕΦΑ
ΝΟΙΟΔΗΜΟCΟCΥΡΙΩΝΒΕΡΝΕΙΚΗΝΝΕΙΚΟΜΑΧΟΥΧΡΥCΩCΤΕ
ΦΑΝΩΑΡΕΤΗCΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥΝΟΙΑCΤΗCΕΙCΑΥΤΗΝ (sic)

Ἔδο[ξε τ]ῇ βουλῇ καὶ [τ]ῷ δήμῳ· Πρυτάνεων γνώμη· Ἐπει[δὴ] Βερνείκη Νεικομάχου, γυνὴ δὲ Ἀριστοκλέους τοῦ Εἰσιδώρου, ἀγαθήν τε καὶ εὐσχήμοναν τὴν ἀναστροφὴν πεπόηται ἐν πᾶσιν, ἀρχείνη τε γενομένη ἐκ τῶν ἰδίων ἀφιδῶς ἐπετέλεσεν καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις ὑπὲρ τῆς πατρίδος, εἱέρεια τε κατασταθεῖσα τῶν οὐρανίων θεῶν Δήμητρος καὶ Κόρης τῶν σεμνοτάτων, ἁγνῶς τε καὶ ἀξίως τῶν θεῶν καὶ τῆς πόλεως εἱερατεύσασα μετήλλαξε τὸν βίον, καὶ τεκνοτροφήσασα· δι' ἃ δὴ δοκεῖ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, προεπαινέσαι μὲν τῆς γυναικὸς τὸν προδεδιωκότα χρόνον, στεφανῶσαί τε αὐτὴν χρυσῷ στεφάνῳ ᾧ πάτριόν ἐστιν ἡμεῖν στεφανοῖν τὰς ἀγαθὰς τῶν γυναικῶν, ὁ δὲ γράφων ἡμεῖν ἀναγορευσάτω ὑπὸ τὴν ἐκκομιδὴν τῆς γυναικὸς ὅτι « στεφανοῖ » ὁ δῆμος ὁ Συρίων Βερνείκην Νεικομάχου χρυσῷ στεφάνῳ ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας τῆς εἰς αὐτὴν » (sic).

Decretum senatus populique Syriorum de honoribus in Berenicen Nicomachi f., propter insignes virtutes magnaque in patriam merita, post mortem ejus conferendis. Βερναίκη v. 2 et 14 est e negligentiore et vulgari pronuntiatione pro Βερενείκη. V. 3 habetur εὐσχήμοναν, a casu recto qui est ὁ εὐσχήμονας, ἡ εὐσχήμονα, ex usu hodiernis quidem Graecis familiari, sed nihilominus ab ipsis Pelasgis oriundo: quemadmodum testantur plurima ad hanc normam formata nomina propria antiquissimorum Graecorum, velut Σκώπας a Σκώψ, Πρόκας a Πρόξ, Ἀριστέας ab Ἀριστεὺς cett., multaque Latini sermonis vocabula secundum hanc legem a Graecis derivanda, velut *unus* ab εἷς (ἕνας), *upupa* ab ἔποψ (ἔποπας), *taeda* a δᾳς (ΔΑΙΔΑ), *spina* a σφὴν (σφῆνα) cett. Sed non licet talia h. l. ulterius persequi. Cf. quae monuimus fasc. I p. 19. 20, et Boeckh. ad C. I. n. 1781. V. 4 dicitur Berenice fuisse ἀρχεῖνα (ut ἡρωΐνη), hoc est archon; neve dubites, tunc temporis in quibusdam insulis feminas pro viris vel cum viris potuisse sacerdotalem aliquam ἄρξαι ἀρχὴν, commode occurrit in tit. Tenio C. I. n. 2339, praeter archontem eponymum Gemellum, etiam ἀρχὶς Δημητρία, ubi recte observavit Lebasius l. l. n. 151, lapidem, quem et ipse inspexi, non capere Boeckhii conjecturam ἱεραρχὶς, et bene comparavit editor Francogallus mulierem ἀρχεῖτιν in Thasia quadam inscriptione (C. I. n. 2162). — V. 10 τὸν προβεβιωκότα χρόνον insolentius dictum est pro ὃν προβεβίωκε χρόνον. V. 11 in marmore est στεφανοῖν pro στεφανοῦν, quod retinendum esse existimavi. V. 12 habetur ὁ γράφων ἡμεῖν pro γραμματεὺς seu γραμματεύων. Postremo denique versu pro αὐτὴν, quod non habet quo referatur, debebat esse αὐτὸν (τὸν δῆμον); sed qui verba concepit, putavit praecessisse ἡ πόλις ἡ Συρίων. Lapis propter literaturae genus et orthographiae rationem ad secundum fere aerae nostrae saeculum pertinere censendus est.

110.

Ibidem, in Museo, in tabula marmoris praefracta; titulus vehementer attritus et difficilis lectu.

— — — — — — — — — — — — — — — — —

. . . ΔΕΝΕΩΙΕΤΕΙΠΑΡΕϹ . . . .
. ΙΑΝΝΕΜΟ . . ΝΔΕΙΠΝΟΝΚΑΙΕ . . . . .
ΛΥΤΩΝϹΦΥΡΙΔΟϹΔΗΝΑΡΙΑΕΞ . . ΝΑΙΞΙΝΔΕ
ΛΕΥΘΕ . . ΙϹΚΑΙΘΗΛΕΙΑΙϹΠΑΙϹΙΝΚΑΙΘΕΡΑΠΑΙΝΙ
ϹΙΝΑΝ . . ΑΡΙΟΝ . ΝΠΑΡΕϹΧΕΝΟΙΝΟΝΚΑΙΕΔΩΚΕΝ
ΔΙΑ . . . . ϹΤΑΙϹΜΕΝΕΛΕΥΘΕΡΑΙϹΚΑΙΘΕΡΑΠΑΙΝΙ . . .
ΑΝ . . . ϹΑΡΙΑΟΚΤΩΤΑΙϹΔΕΠΑΙϹΙΝΑΝΑΑϹϹΑ . . . .
ΤΕϹϹΑΡΑΤΗΔΕΕΞΗϹΗΜΕΡΑΠΑΡΕϹΧΕΝ . . . .
ΜΕΝΓΕΡΟΥϹΙΑϹΤΑΙϹΚΑΙΑΛΛΟΙϹΟΙϹΗΒΟΥΛΗ . .
. . . ΔΕΙΠΝΟΝΚΑΙΕΔΩΚΕΝΕΚΑϹΤΟ . . ΑΝΟΜ . .
Δ . Ν . . . . . . ΝΤΟΙϹΔΕΛΟΙΠΟΙϹΠΟΛΙΤΑΙϹΚΑΙ

ΛΕΥΘ. . . . . ΠΑCΙΝΠΑΡΕCΧΕΝΟΙΝΟΝΚΑΙ . ΔC
. . . . ΑΝΟ . ΗCΤΟΙCΜΕΝΠΟΛΕΙΤΑΙCΑΝΑΔΗ
ΝΑΡΙΟΝΕΝΤΟΙCΔΕΑΛΛΟΙCΑΝΑΑCCΑΡΙΑΟ .
.ΩΕ . . . ΕC . ΝΔΕΚΑΙΤΟΥCΠΑΡΕΠΙΔΗ . . .
. . . . . . ΤΩΝΚΥΚΛΑΔΩΝΝΗCΩΝ
. . . . ΠΑΡΕC . . . ΤΑΑΥΤΑΟCΑΚΑΙΤΟΙC
. . ΛΕΙΤ/ . . C . ΡΟΓΕΓΡΑΠΤΑΙCΥΝΑΡ
. . . ΗΠΙ . ΙΜΙΛΩΙCΙΩΝΟCΓΥΝΑΙΚΙ
. . . . . ΕΠΙΤΟΥΤΩΝ . ΝΥΓΕΙΑ . . . .
. . . . ΙΑΕΥΕΤΗΡΙΑ

— — — — — — — — — —

[τῷ] δὲ νέῳ ἔτει παρέσ[χεν] . . . . . . δεῖπνον καὶ ἔδωκεν ἑκάστῳ αὐτῶν σφυρίδος δηνάρ α ἕξ, [γυ]ναιξὶν δὲ [ἐ]λευθέ[ρα]ις καὶ θηλείαις παισὶν καὶ θεραπαινίσιν ἀν[ὰ ἀσσ]άριον [ἕ]ν· παρέσχεν οἶνον καὶ ἔδωκεν δια[νομῆ]ς ταῖς μὲν ἐλευθέραις καὶ θεραπαιν[ίσιν] ἀν[ὰ ἀσ]σάρια ὀκτὼ, ταῖς δὲ παισὶν ἀνὰ ἀσσα[ρια] τέσσαρα· τῇ δὲ ἑξῆς ἡμέρᾳ παρέσχεν [τοῖς] μὲν γερουσιασταῖς καὶ ἄλλοις οἷς ἡ βουλὴ . . . . . δεῖπνον καὶ ἔδωκεν ἑκάστ[ῳ δι]ανομ[ῆς] δ[η]ν[άριον ἕν, τοῖς δὲ λοιποῖς πολείταις καὶ [ἀπε]λευθ[έροις] πᾶσιν παρέσχεν οἶνον καὶ [ἔ]δω[κε δι]ανο[μ]ῆς τοῖς μὲν πολείταις ἀνὰ δηνάριον ἕν, τοῖς δὲ ἄλλοις ἀνὰ ἀσσάρια ὀ[κτ]ώ· ἐ[κάλ]εσ[ε]ν δὲ καὶ τοὺς παρεπιδη[μοῦντας ἐκ] τῶν Κυκλάδων νήσων [οἷς] παρέσ[χεν] τὰ αὐτὰ ὅσα καὶ τοῖς πο]λείτ[αι]ς [π]ρογέγραπται . . . . γυναικὶ . . . . ἐπὶ τούτων [ἐ]ν ὑγείᾳ [καὶ αἰων]ίᾳ εὐετηρίᾳ.

Titulus est aetatis Romanorum, secundi tertiive p. Chr. n. saeculi, de largitionibus divitis cujusdam Syrii (nam nomen viri desideratur) ad cives suos aliosque. Σφυρίδος v. 3 est pro σπυρίδος· dedit nempe singulis denarios senos *in coenam e sportula*. Hujusmodi largitionum illa aetate plurima supersunt exempla. Cf. C. I. n. 1122 (Argis), 1395 (Spartae), 2336 (in Teno insula), 1625, v. 40 seqq. (Acraephiae in Boeotia) cett. Ultima non satis perspicio. Ni fallor, Syrii propter tot merita grati precantur largitori isti cum muliere sua salutem et longaevam felicitatem.

111.

Ibidem, in Museo, in tabula marmorea pergrandi. Titulus *b*, majoribus literis et ab alia manu scriptus, in lapide ad dextram tituli *a* positus est.

a.

ΝΟΥΕΠΙΕΛΠΤΟΝΕΗΝΚΑΛΛΟΣΤΕΝΟΟΣΤΕ
ΟΣΗΝΟΓΕΗΤΕΞΑΕΤΟΥΣΒΡΕΦΕΟΣ
ΑΤΕΥΣΟΝΤΙΚΤΕΓΥΝΗΚΑΛΗΤΕΚΑΙΕΣΘΛΗ

ΙΑΙΔΟΙΗΝΙΚΟΚΡΑΤΕΥΣΑΛΟΧΟΣ
ΚΛΕΟΣΕΥΡΥΠΑΝΕΛΛΗΣΙΝΤΕΚΑΙΑΥΤΟΙΣ
ΔΑΙΣΣΟΦΙΗΣΕΙΝΕΚΕΝΗΔΑΡΕΤΗΣ
ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΚΛΥΤΗΣΑΛΟΧΟΙΟΠΑΡΟΧΘΑΙΣ
ΔΡΟΥΠΟΤΑΜΟΥΚΑΛΛΙΝΑΟΥΧΘΑΜΑΛΑΙΣ
ΚΕΝΑΡΠΑΣΑΣΕΡΙΟΥΝΙΟΣΕΥΒΟΥΛΗΙ
ΑΘΥΡΜΑΦΕΡΕΝΦΕΡΣΕΦΟΝΗΤΑΛΟΧΩΙ
ΑΧΟΣΛΕΙΠΩΝΠΑΤΙΠΩΜΕΓΑΚΥΔΕΙΦΩΤΙ
ΩΠΑΤΡΑΙΣΤΗΛΕΓΟΝΕΥΣΙΦΙΛΟΙΣ

b.

ΕΝΘΑΔΕΤΗΝΙΕΡΑΝΚ . . . .
ΑΜΠΕΛΙΟΝΛΟΙΙ . . . .
ΜΟΥΣΑΙΟΣΦΙΛΟΠΑΤΡΙ . . . .
ΑΙΝΟΠΑΘΗΣΠΑΥΛΕΙΝΑΤΕΙΑΛΙ . . . .
ΚΑΛΗΝΗΔΑΓΑΘΗΝΚΑΙΜΕΙΛΙΧΟΝ
ΗΔΕ . . . ΟΥΔΗ . . .
ΜΟΥΝΟΛΕΧΗΠΡΟΤΕΡΑΙΣΕΝΑΡΙΘ
ΜΙΟΝΗΡΩϹ . . . . .
ΟΥΝΕΚΑΔΗΣΟΦΙΗΤΕΣΑΟΦΡΟΣΥΝ
ΗΤΕΙ . . .
ΠΟΥΛΥΤΙΠΑΣΑΩΝΠΡΟΦΕΡΕΣΤΑΤΗ
ΕΣΚΕΝ . . . . .
ΚΑΙΔΑΥΤΗΠΑΤΡΗΜΙΝΥΠΕΙΡΟΧΑΚΥ
ΔΑΙΝΟΥ . . .
ΠΑΣΑΑΜΑΜΥΡΟΜΕΝΗΤΕΤΑΦΟΙΣΕΝΕΘΗΚΑΤ . . . . . .

a.

Παυλεί]νου ἐπίελπτον ἔην κάλλος τε νόος τε
Καὶ σθέν]ος ἠνο[ρ]έη [θ'] ἐξαστοῦς βρέφεος
Δημοκρά]τευς? ὃν τίκτε γυνὴ καλή τε καὶ ἐσθλή,
Παυλεῖνα?] αἰδοίη Νικοκράτευς ἄλοχος·
Ἀνδρὸς, τοῦ] κλέος εὐρὺ Πανέλλησίν τε καὶ αὐτοῖς
Αἰνεά]δαις, σοφίης εἵνεκεν ἠδ' ἀρετῆς.

b.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὰν κ[εφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει?
Ἀμπέλιον . . . .
Μουσαῖος φιλοπατρι . . . .
Αἰνοπαθὴς Παυλεῖνα τεῖ ἀλ[όχῳ . . . . .
Καλὴν ἠδ' ἀγαθὴν καὶ μείλιχον ἠδὲ . . . .
Μουνολεχῆ προτέραις ἐναρίθμιον ἡρω[ίναις,

Πατρὶς δ'] Ἀντιόχεια κλυτῆς ἀλόχοιο, παρ' ὄχθαις
Μαιάν]δρου ποταμοῦ καλλινάου χθαμαλαῖς.
Εἴσο]κεν ἁρπάσας Ἑριούνιος Εὐβουλῆϊ
Τὴν μέγ'] ἄθυρμα φέριν Φερσεφόνῃ τ' ἀλόχῳ·
Πικρὸν] ἄχος λείπων Πα[ύλ]ῳ μεγακύδεϊ φωτὶ
. . . . . . πάτραις τ' ἠ[δ]ὲ γονεῦσι φίλοις.

Οὕνεκα δὴ σοφίῃ τε σαοφροσύνῃ τε [καὶ αἰδοῖ
Πουλύ τι πασάων προφερεστάτη ἔσκε [γυναικῶν·
Καὶ δ' αὐτὴ πάτρῃ μιν ὑπείροχα κυδαίνου[σα
Πᾶσ' ἅμα μυρομένῃ τε τάφοις ἐνεθήκατ[ο τοῖσδε.

Duo vides epigrammata sepulcralia in eodem marmore conjuncta, unum (*a*) pueri, alterum (*b*) mulieris: unde colligi videtur posse, statuas eorum heroico cultu ornatas in communi sepulcro sive [heroo fuisse collocatas; quem morem defunctis heroïcos honores tribuendi (ἀφηρωΐζειν) apud insulares, posteriore maxime aetate, vulgo obtinuisse saepius monui (cf. Peripl. Inss. II. epist. 15. not. 30). Quod autem necessitatis genus inter puerum mulieremque intercesserit; fuerintne frater et soror an filius et mater, non satis liquere mihi fateor, suppressa praesertim per lacunas lapidis parte nominum propriorum. Mihi quidem res sic se habere videtur. Paulus fuit nobilis Antiochensis (*a.* 11); is filiam habuit Paulinam (*a.* 4. *b.* 4), quae quum nupsisset Nicocrati (*a.* 4) Syrio vel certe in Syro habitanti, filium ex eo suscepit Paulinum (*a.* 1?) qui et Democrates appellatus (*a.* 3?). Puerum praematura morte sexto aetatis anno defunctum matremque idem complexum erat heroum. — In *a.* 4, si recte scripsi Παυλεῖνα, synaloephe est statuenda, ut versus sibi constet. Ἐριούνιος est Mercurius, Εὐβουλεὺς autem Pluto.

AMORGUS.

Amorginus titulus ante annum 1837 unus tantum innotuerat, qui ex Letronnii editione in *Iourn. des Sav.* 1827 p. 482 et ex Cadalveni libro: *Recueil de Med. Gr. (Paris.* 1828) p. 225 repetitus exstat in C. I. G. n. 2264. Illo autem anno quum Amorgum venissem, per triduum triginta tres titulos vel ipse e lapidibus transscripsi, vel ab aliis exscriptos accepi: e quibus quindecim edidi in *Act. Soc. Gr. Lips. II. p.* 67—82, reliquos ad hunc diem servatos cum aliis pluribus, quos denuo Amorgum advectus collegi, nunc edo.

112.

Minoae (Catapolis), ad limen marmoreum sepulcri concamerati (θόλου, θολαρίου), sub aedibus Stamatii Theologitae. Cf. nostras Inss. Aeg. Mar. II. epist. 17.

ΚΑΡΠΟΥΤΟΥΚΤΗCΙΟΥΜΕΙΛΗCΙΟΥΤΟΥΚΑΙΑΜΟΡΓΕΙ.
ΟΥΜΕΙΝΟΗΤΟΥΖΗ

Κάρπου τοῦ Κτησίου Μειλησίου τοῦ καὶ Ἀμοργεί[ν]ου Μεινοήτου. Ζῇ.

Ds scriptura nominis Μεινοήτου vid. A. S. Gr. Lips. II. p. 72. Rectius scriptum est Μινωήτης in sequenti titulo. De Milesiis Amorgum habitantibus cf. infra titt. 120—22.

113.

Ibidem, in muro quodam, in basi marmorea superne et ad dextram praefracta. Literaturae genus ad alterum tertiumve a. Chr. n. saeculum referendum videtur.

— — — — — — — — — — — — — —
ΑΝΤΙ. . ΝΟΥΕΥΝΟΥΣΔΗΛΟΣΕΣΤΙΝΤΩΙΔΗ
ΧΕΤΑΙΚΑΙΚΟΙΝΗΙΤΗΙΠΟΛΕΙΚΑΙΙΔΙΑΙΤΟΙΣΕΝΤΥΓΧ
ΔΕΔΟΧΘΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΕΠΑΙΝΕΣΑΙΣΩΣΙΣΤΡΑΤΟΝ
ΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΤΗΣΠΕΡΙΤΗΝΠΟΛΙΝΕΙΝΑΙΔΕΑΥΤΩΙΚΑΙ
ΤΟΥΜΙΝΩΗΤΩΝΚΑΙΑΥΤΟΝΚΑΙΕΚΓΟΝΟΥΣΔΕΔΟΣΘΑΙ
ΓΗΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣΚΑΙΕΣΠΛΟΥΝΚΑΙΕΚΠΛΟΥΝΑΣΥΛΕΙΚΑΙΑΣΠΟΝ
ΕΝΕΙΡΗΝΗΙΚΑΙΕΦΟΔΟΝΕΠΙΤΗΝΒΟΥΛΗΝΚΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝ
ΤΑΕΡΑΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΑΥΤΟΝΤΗΝΠΡΟΞΕΝΙΑΝΕΙΣΤΟΙΕΡ
ΤΟΥΔΗΛΙΟΥΤΗΣΔΕΑΝΑΓΡΑΦΗΣΕΠΙΜΕΛΗΘΗΝΑΙΤΟΥΣ
ΧΑΡΙΝΟΝ

— — — — — — — — — — — — — — [ἐπειδὴ Σωσίστρατο:] Ἀντι[γό]νου εὔνους δῆλός ἐστιν τῷ δή[μῳ τῷ Μινωητῶν, καὶ ἑαυτὸν εὔχρηστον παρέ]χεται καὶ κοινῇ τῇ πόλει καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐντυγχ[άνουσι τῶν πολιτῶν, ἀγαθῇ τύχῃ,] δεδόχθαι τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι Σωσίστρατον [Ἀντιγόνου . . . . . . καλοκἀγαθίας ἕνεκεν] καὶ εὐνοίας τῆς περὶ τὴν πόλιν· εἶναι δὲ αὐτ[ὸν] καὶ [πρόξενον τοῦ δήμου] τοῦ Μινωητῶν καὶ αὐτὸν καὶ ἐκγόνους· δεδόσθαι [δὲ αὐτῷ. καὶ ἔγκτησιν] γῆς καὶ οἰκίας, καὶ ἔσπλουν καὶ ἔκπλουν ἀσυλεὶ καὶ ἀσπον[δεὶ καὶ ἐν πολέμῳ καὶ] ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἔφοδον ἐπὶ τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, [ἐάν του δέηται, πρώτῳ μετὰ] τὰ [ἱ]ερά· ἀναγράψαι δὲ αὐτὸν τὴν προξενίαν εἰς τὸ ἱερ[ὸν τοῦ Ἀπόλλωνος] τοῦ Δηλίου· τῆς δὲ ἀναγραφῆς ἐπιμεληθῆναι τοὺς [πρυτάνεις τοὺς περὶ] Χαρῖνον.

Fragmentum plebisciti, quo Minoetae in Sosistratum quendam Antigoni f. proxeniae honores ac jura conferunt. Praescriptum cum majore protasis parte intercidit: unde ignoratur etiam, ex qua civitate fuerit Sosistratus. Conferri potest simile fragmentum psephismatis Minoetarum de honoribus in peregrinos quosdam judices collatis, editum a me l. l p. 75. Versu 5 in ΑΥΤΩΙ errasse mihi videor: quamobrem correxi αὐτόν. V. 8 habetur ἔφοδος ἐπὶ τὴν βουλὴν κ. τ. δ., quemadmodum in lapide Syrio C. I. n. 2347. c. pro eo quod vulgo est πρόσοδος πρὸς τὴν βουλὴν cett. Quod deinde sequitur: ἀναγράψαι

δὲ αὐτὸν τὴν πρ., praegnanter est positum pro ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἀναγράψαι cett. In fine versus decimi supplevi τοὺς πρυτάνεις τοὺς περὶ Χαρῖνον (vel, si mavis, Ἐπιχαρῖνον) e psephismate supro laudato v. 13. Memoratu dignum est, Apollinem Minoetarum in hoc lapide Delium vocari, quem ex alio marmore (l. l. p. 74) Pythium fuisse novimus: id quod magis etiam comprobat, Pythium deum Deliumque nihil inter se differre (cf. Ἀρχαιολ. τῆς νήσου Σικίνου σελ. 11.)

114.

In *Amorgo* insula, apud sacerdotem vici Langadae, qui vicus est unus e quatuor pagis Aegialensium. Parvula est basis quadrata, reperta inter rudera Palaeocastri quod Βίγλα appellatur, prope vicum Tholaria. Habui etiam e schedis Petri Zani Antonii f. Amorgini.

.ΑΡΜΕΝΙΩΝΑΡΧΙΤ.....	Π]αρμενίων Ἀρχιτ[έλους
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣΚΑΙ	γυμνασιαρχήσας καὶ
ΑΡΧΙΤΕΛΗΣΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ	Ἀρχιτέλης Παρμενίωνος
ΥΠΟΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣ	ὑπογυμνασιαρχήσας
ΚΑΙΟΙΕΦΗΒΟΙ	καὶ οἱ ἔφηβοι
ΑΛΚΙΜΕΔΩΝΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ	Ἀλκιμέδων Παρμενίωνος
ΚΡΙΤΟΛΑΟΣΕΥΦΡΑΓΕΝΟΥ	Κριτόλαος Εὐφραγένου
ΕΥΑΚΗΣΕΡΜΟΚΡΑΤΟΥ	Εὐάκης Ἑρμοκράτου
ΠΥΡΡΙΑΣΗΓΗΣΙΚΡΑΤΟΥ	Πυῤῥίας Ἡγησικράτου
ΦΡΑΣΙΗΛΙΔΗΣΤΙΜΗΚΡΑΤΟΥ	Φρασι[κ]λ[ε]ίδης Τιμηκράτου
ΚΡΙΤΟΛΑΟΣΑΛΕΞΙΜΑΧΟΥ	Κριτόλαος Ἀλεξιμάχου
ΕΥΑΓΟΡΑΣΝΑΥΣΙΚΡΑΤΟΥ	Εὐαγόρας Ναυσικράτου
ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣΘΡΑΣΥΜΑΧΟΥ	Ἀφροδίσιος Θρασυμάχου
ΝΙΚΟΒΟΥΛΟΣΝΙΚΟΒΟΥΛΟΥ	Νικόβουλος Νικοβούλου
ΑΡΙΣΤΟΦ..ΘΗΒΗΓΕΝΟΥ	Ἀριστοφ[ῶν] Θηβηγένου.

Titulus est dedicatorius, quo gymnasiarchae munere perfuncti cum ephebis, qui sub illis gymnasio usi fuerant, diis tutelaribus aliquid dedicasse censendi sunt. Inter nomina propria occurrunt quaedam admodum singularia, velut v. 7 Εὐφραγένης, quod ut habeat unde derivetur, supponendum est exstitisse pro Εὔφρων, Εὐφράνωρ, Εὐφρόνιος vel aliquo simili nomine etiam formam contractam Εὐφρᾶς, (quemadmodum a nomine Ἀφροδίσιος per contractionem fit Ἀφροδᾶς), unde deinde effictum est Εὐφραγένης. Non minus singulare est nomen Εὐάκης, v. 8: quamquam in hoc probabile est a quadratario admissum esse errorem, rescribique debere Εὐάλκης. Nam in ΦΡΑΣΙΗΛΙΔΗΣ (v. 10), pro quo Zani apographum exhibet ΦΡΑΣΙΛΙΔΗΣ, persuasum mihi est a lapicida esse erratum. Restat v. 15 Θηβηγένης, quod nomen occurrit etiam in tit. Attico, sed formâ minus Ionicâ, Θηβαγένης (C. I. n. 256).

115.

Ibidem, in vico Tholariis, e ruderibus ejusdem Palaeocastri. Basis est quadrata.

ΟΔΗΜΟϹΛΟΥΚΙΟΝ
ΠΟΜΠΩΝΙΟΝΦΙ
ΛΟΘΕΜΙΝΤΙΜΗ
ϹΑϹΗΡΩΑ

ὁ δῆμος Λούκιον Πομπώ-
νιον Φιλόθεμιν τιμήσας ἥρωα.

Philothemis nomen est satis frequens inter optimates Aegialensium. Cf. A. S. Gr. l. l. n. 8 et 14. Notandum autem etiam in Ionica hac insula, haud secus atque in Doricis Thera et Anaphe, optimates post mortem saepe a populo inter heroas relatos et statuis honorari solitos.

116.

Ibidem, in stela sepulcrali, ex iisdem ruderibus.

ΕΥΔΙΚΑΙΟΣ
ΕΥΠΟΜΠΟΥ

Εὐδίκαιος
Εὐπόμπου.

117.

Ibidem, in vico Potamo, super rudera Aegiales oppidi; in stela sepulcrali apud Demetrium Xuliten.

ΠΡΑΚΤΙΚΟϹΟΝ. . . .
ΜΟΥΦΙΛΑΔΕΛ. .
ΚΑΙΦΙΛΟΤΕΚΝΕΚ. .
ΠΑϹΙΦΙΛΗΤΕΔΙΚΑΙ.
ΗΡWϹΧΑΙΡΕ

Πράκτικος Ὀν[ησί-
μου φιλάδελ[φε
καὶ φιλότεκνε κ[αὶ
πᾶσι φιλητὲ, δίκαι[ε
ἥρως, χαῖρε!

Πράκτικος de industria scripsi accentu retracto, utpote in nomine proprio.

118.

Ibidem, in vico deserto Ἐπανωχώρι, supra portam aediculae Divi Mammae, in marmore oblongo, ex sinistra parte praefracto.

. . . . NTIE. . . . .
ΟΤΟΜΛ. . ΟΥ. ΟΜΟΥΣΟΤΕΧΝΑΣΜΕΛΛΡΕΦΕΙΚΑΛΛΙΚ. . ΟΣ
. . . . ΠΑΣΑΝΜΑΘΗΣΙΝΥΜΝΟΙΣΟΥΟΝΕΝΔΙΔΟΥΣ
ΛΕΙΓΡΑ ΕΙΣΜΕΤΡΑΘΗΚΗΣΩΣΑΝΗΡΟΜΗΝΤΟΤΕ
. . . . ΔΩΡΟΣΕΙΣΑΡ. ΜΙΙΤΟΝΟΝϹΜΗΝΤΡ. ΟΝ
. . . . ΕΧΕΙΣΑΠΑΝΤΑΜΥΘΟΝΕΥΟΟΗΙ

Titulum patet trimetris iambicis fuisse conceptum; sed marmor adeo mutilum est atque detritum, ut non solum nihil attingere, sed ne pronuntiare quidem audeam, fuerintne duo diversa epigrammata, an unum continuum.

119.

Ibidem, supra portam ædiculæ D. Nicolai, in ruinis oppidi Aegiales ad portum. Textum vide in tab. lithogr.

Ἀγλωχάρους.

Ἀγλωχάρης est forma contracta pro Ἀγλαοχάρης, quemadmodum infra in titulo Arcesinensi (n. 140) habetur Ἀγλωθέστης pro Ἀγλαοθέστης. Sic reperitur etiam in duobus lapidibus Theraeis (C. I. n. 2460. 2461) Ἀγλωφάνης pro Ἀγλαοφάνης.

120.

Ibidem, inter rudera Aegiales; e schedis Petri Zani. Ipse lapidem non vidi.

ΜΕΙΛΗCΙΩΝΤΩΝΚΑΤΟΙΚΟ
ΥΝΤΩΝΕΝΑΙΓΙΑΛΗΤΗCΑΜ
ΟΡΓΙΑCΕΔΟΞΕΝΤΗΒΟΥΛΗΚ
ΑΙΤΩΔΗΜΩΓΝΩΜΗCΤΡΑ
ΤΗΓΩΝΚΑΙΔΕΚΑΠΡΩΤΩΝΕΙCΙΙ
ΓΗCΑΜΕΝΩΝΤΟΥΝΙΙCΜΑΤΩΝΕΝΑΙΚΗCΙΡΑΤΙΙ
ΓΩΝΤΩΝΕΟΥCΤΙΑΡ . . . ΝЄΤΡΑΤΟΝΟ . ΕΠΙ
ΕΛΕΥΗΕΙ . ΙΝΛΓΙΩΜΟΥΘΥCΤΙ . . ΤΩ
ΝΠΡΩΤΩΝΥ . ΟΚΕΧΩϹΙΙΚΕ
ΑΙΦΝΙΔΙΟΝΤΟΥΚΑΘΗΜΑΙ

(*Apographum addit*: τὸ ἐπίλοιπον διεφθαρμένον.)

Μειλησίων τῶν κατοικούντων ἐν Αἰγιάλῃ τῆς Ἀμοργίας ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· γνώμη στρατηγῶν καὶ δεκαπρώτων, εἰσ[η]γησαμένων τὸ [ψήφ]ισμα τῶν ἐν ἀ[ρχ]ῇ σ[τ]ρατ[η]γῶν τῶν . . . . Στρά:[ω]νο[ς]· Ἐπι[δὴ] Ἐλέ[ν]η . . . . τῶν πρώτων ὑ[π]οκεχώ[ρη]κε[ν] αἰφνίδιον τοῦ καθ' ἡμᾶ[ς] βίου?

(Reliqua desunt).

Milesii in Attica constituti diu est ex quo archæologis negotia facessunt. Cf. Grotefend, de demis Atticae p. 40, cui contra Bœckhium ad C. J. II. p. 242 assentior, Miletum seu Milesios non esse demum Atticum. Socios jam nacti sunt illi, ex quatuor inscriptionibus (C. J. n. 2264 et tribus nostris titulis), Milesios Amorginos tam Minoam (n. 112) quam Aegialen habitantes: qui qua fortuna quove tempore in

hanc insulam delati sint, in ambiguo est relinquendum. Suspicari tantum possis, ipsos cives Aegialenses habitasse olim castellum quod prope vicum Tholaria est, aliosque pagos montanos; Milesios autem inquilinos, utpote navigationi magis et mercaturæ deditos, occupasse oppidulum in littore situm. Constituebant autem hi quoque Milesii civitatem suis magistratibus, senatu, comitiis instructam; ejusque civitatis tenemus jam hæc tria decreta, fortasse etiam quartum illud quod infra n. 122 posui. Aetas titulorum accurate præfiniri non potest; sed nullum eorum secundo p. Chr. n. sæculo putaverim antiquiorem.

Præscriptum hujus tituli usque ad v. 5 idem est, quod etiam in C. J. l. l. et in proximo titulo, præterquam quod Milesii in hoc ἐν Αἰγιάλῃ τῆς Ἀμοργίας, in illis Ἀμοργὸν Αἰγιάλην habitare dicuntur. V. 6 habetur nova formula: εἰσηγησαμένων τὸ ψ. τῶν ἐν ἀρχῇ στρατηγῶν. Quæ deinde sequuntur, vehementer corrupta sunt; nisi quod hic quoque, sicut in sequente inscriptione et in tit. 122, alicujus viri feminæve (v. 8. Helenæ?) præmatura mors deplorari videtur.

121.

Ibidem, ubi praecedens titulus. Habui e binis apographis Demetrii Gavrae Amorginorum demarchi et Petri *Zani*, quae satis inter se concinunt, nisi quod in utroque versus aliter distributi sunt, et quod *Zani* apographum in fine tituli integro versu et dimidio plenius est. Quamobrem hoc, tamquam accuratius factum, etiam in versuum distributione sequendum duxi. Lemma addidit optimus juvenis: Ἐπὶ μαρμάρου ἐν ᾧ ἀνὴρ κλινήρης καὶ γυνή τις ἐν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ.

ΜΕΙΛΗϹΙWΝΤWΝΑΜΟΡΓΟΝΑΙΓΙΑΛΗΝΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤ. .
ΕΔΟΞΕΝΑΡΧΟΥϹΙΒΟΥΛΗΔΗΜWΓΝWΜΗϹΤΡΑΤΗΓWΝ. . . .
. ΑΠΡWΤWΝΕΧΟΝΤWΝΔΕΚΑΙΤΗΝΠΡΥΤΑΝΙΚΗΝΕΞΟΥϹΙΑΝΙϹΙ
. ΙϹΑΜΕΝΟΥΤΟΨΗΦΙϹΜΑΔΕΖWϹΙΜΟΥΤΟΥΚΛΕΟΦΑΕΠΗΗΓΗϹΑΜΕΝΟΥ
ΜΗΤΡΟΦΑΝΟΥΤΟΥΕΠΙΝΕΙΚΟΥΕΠΙΔΗϹΥΝΒΕΒΗΚΕΝΧΡΥϹΙΠΠΟΝ. . . . .
. . . ΑΝΔΡΑΑΞΙΟΛΟΓΟΝΕΝΤΕΛΙΤΟΥΙΓΙΑΙϹΚΑΙΠΑϹΗΦΙΛΟΤΙΜ. . . . . . .
. . . ΛΟΤΕΙΜΗΜΕΝΟΝΙϹΤΗΝΠΑΤΡΙΔΑΥΠΟΤΗϹΕΙΜΑΡΜΕΝΗϹΑ . . .
. Α . ΘΙΙΝΑΙΕΤΙΤΕΚΑΙΤΗΝΘΥΓΑΤΕΡΑΝΑΥΤΟΥΑΦΡΟΔΙϹΙΑΝ. . . . . . .
TWΑΝΘΙΤΗϹΗΛΙΚΙΑϹΠΑΡΑΜΥΘΗϹΑϹΘ . . ΔΕΤΗΝϹΥΜΓΙΟΝΑ . .
ΟΡΒΑΝΑ . ΚΑΙΤΑΠΑΙΔΙΑΑΥΤΟΥΧΡΥϹΙΠΠΟΝΧΡΥϹ . . . . . .

(Ἕπονται δύο στίχοι διεφθαρμένοι.)

Μειλησίων τῶν Ἀμοργὸν Αἰγιάλην κατοικούν[των] ἔδοξεν ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ· γνώμη στρατηγῶν [καὶ δεκ]απρώτων, ἐχόντων δὲ καὶ τὴν πρυτανικὴν ἐξουσίαν, ἰσ[ηγη]σαμένου τὸ ψήφισμα δὲ Ζωσίμου τοῦ Κλεοφᾶ, ἐπ[ιψ]η[φι]σαμένου Μητροφάνου τοῦ Ἐπινείκου· Ἐπιδὴ συνβέβηκεν Χρύσιππον [τοῦ δεῖνος ...] ἄνδρα ἀξιόλογον ἔν τε λιτου[ρ]γίαις καὶ πάσῃ φιλοτιμ[ίᾳ ? πεφι]λοτειμημένον ἰς τὴν πατρίδα ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης ἁ[ρπ-

π]α[σ]θ[ῆ]ναι, ἔτι τε καὶ τὴν θυγατέραν αὐτοῦ Ἀφροδισίαν [ἐν τῷ πρώ]τῳ ἄνθι τῆς ἡλικίας, παραμυθήσασθ[αι δὲ τὴν σύμ[β]ιον α[ὐτοῦ] Ὀρβάν[αν?] καὶ τὰ παιδία αὐτοῦ Χρύσιππον, Χρυσ. . . . .

(Desiderantur ad minimum duo versus)

Aliud decretum eorundem Milesiorum praecedente paulo integrius, de vidua liberisque defuncti cujusdam civis sui Chrysippi publice consolandis (cf. tit. sequ.). V. 3 quae leguntur: ἐχόντων δὲ καὶ τὴν πρυτανικὴν ἐξουσίαν, confirmant supplementum a Letronnio Boeckhioque in tit. C. I. 2264 propositum. V. 5 est ἐπιδὴ pro ἐπειδὴ, quemadmodum in tit. praec. v. 7. Eandem orthographiam sequuntur v. 3 ἱσηγησαμένου, v. 6 λιτουργίαις, v. 7 ἰς et v. 9 ἄνθι — V. 6 ἀξιόλογος videtur esse senatorii ordinis epitheton apud Aegialenses (Cf. tit. sequ. v. 5 et 12.). Ibidem quae scripsi: ἔν τε λ. καὶ πάσῃ φιλοτιμ[ίᾳ περιλ]ο-τειμημένον, non valde placent; sed utrumque apographum eo ducebat. Neque admodum certum est ἀφαρπασθῆναι v. 7: quamquam poetico orationis colori satis convenit. V. 8 est θυγατέραν, ut in proximo tit. *B* habetur ἥρωαν. Cf. supra ad n. 109. Deinde claudicat oratio, v. 9: παραμυθήσασθαι δὲ, ubi exspectares: ἔδοξε παραμυθήσασθαι vel simile quid; sed confitendum est, in omnibus his habitatorum Aegiales psephismatis observari dicendi genus tam contortum et inconcinnum, ut ad severiores justi sermonis leges exigi nequeat.

1 2 2.

Ibidem, in ruderibus Aegiales ad portum, in aedicula D. Ioannis. Lapidem misere detritum ipse transscripsi.

A. CYNEΛΘONTOCTOYΔHMOYKAITHCBO
YΛΛHCKAIEMΦANEONTOCMNHEIΘ
EOYTOYMANTIOYAPXONTOC. . . . .
AΘHNAIOCKANATOYAPXΩNAKHSA
ΞIOΛOΓOCKAITEKNOYPOΦOΣΠOΛITEI
EAMEOETECNYMHNCIΛIKOCMIKΛ .
ΦIΛOTEMΩCTETEΛEYTHKENA .
. NAIONYIAIΛYEYNNAΞIAMYTO
YKAITHNΠPOCTHNΘYΓATEPAΛY
TOYEYΦHMIANΠAPAMYΘIANΓ
. IMAEYACEΞEOOYCTOICKATOXO
MENOICAΞIOΛOΓWCΔEΔOCΘAI
. ΔOΞETΩΔHMΩKAITHBOYΛH
. ΘHNAI . OITOYTΩAPXONKAT . XOM
. NΩANΔPAΞICΛWΓΩKAICEMNΩ

Συνελθόντος τοῦ δήμου καὶ τῆς βου- *A.*
λῆς καὶ ἐμφαν[ίζ]οντος Μνησι-
θέου τοῦ Μαντίου ἄρχοντος· [Ἐπειδὴ
Ἀθήναιος Κανά[χ]ου? ἄρχων ἀ[νὴρ] ἀ-
ξιόλογος καὶ τεκνο[τ]ρόφος πολιτε[υ-
σάμ[εν]ός τε σ[ε]μν[ῶς κ]αὶ κοσμί[ως] κα[ὶ
φιλοτε[ί]μως τετελεύτηκεν, Ἀ[θη-
ναί[ῳ] τι[μ]ὰ[ς] ε[ἶ]ν[αι] ἀξία[ς α]ὐτοῦ?
καὶ τὴν πρὸς τὴν θυγατέρα αὐ-
τοῦ Εὐφημίαν παραμυθίαν [καὶ?
τε]ιμὰ[ς τ]ὰς ἐξ ἔ[θ]ους τοῖς κατο[ι]χο-
μένοις ἀξιολόγ[οι]ς δεδόσθαι·
ἔ]δοξε τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ
Ἀ]θηναί[ῳ] τούτῳ ἄρχον[τι?] κατ[οι]χο-
μ[έ]νῳ ἀνδρ[ὶ] ἀξιολόγῳ καὶ σεμνῶ[ς

ΚΑΙΚΟΣΜΙΩΣΠΕΠΟΛΙΤΕΥΜΕΝΩΤ
. ΙΜΑΣΤΑΣΚΑΤΑΞΙΑΣΚΑΘΩΣΚΑΙ
ΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΑΞΙΟΛΟΓΟΙΣΚΑΥΟΙΧ .
. . ΝΟΙΣΕΞΕΘΟΥΣΣCΤΙΚΑΙΔΟCΕ . .
ΚΑΙΤΟΥΤΩΔΕΔΕΔΟΞΘΑΙ . ΑC . . .
. ΗCΑCΘΑΙΚΑΙΤΗΝΘΥΓΑΤΕΡΑΑΥ
. ΟΥΕΥΦΗΜΙΑΝΟΡΩΝΑΣΤCΥΝΔ .
. CCΨΕΡΙΝ

B. Ο ΔΗΜΟΣ
ΣΩΤΗΡΙΧΟΝ
\ΘΗΝΑΙΟΥ
ΗΡΟΑΝ

C. ΕΥΦΗΜΙΑ
ΕΥΒΟΥΛΟΥ

καὶ κοσμίως πεπολιτευμένῳ
τ[ε]ιμὰς τὰς καταξίας καθὼς καὶ
τοῖς ἄλλοις ἀξιολόγοις κα[τ]ο[ι]χο-
μέ]νοις ἐξ ἔθους [ἐ]στὶ καὶ δ[ώ]σε[ιν ?
καὶ τούτῳ δὲ δεδό[σ]θαι· [π]αραμυ-
θ]ήσασθαι καὶ τὴν θυγατέρα αὐ-
τ]οῦ Εὐφημίαν ὀρ[φα]ν[ὴν ?], σὺν δ[ὲ καὶ?
Σ[ωτή]ρι[χον ?

Ὁ δῆμος
Σωτήριχον
Ἀ]θηναίου
ἥρ[ω]αν.

Εὐφημία *C.*
Εὐβούλου.

Decretum hoc eorundem suspicor esse Milesiorum inquilinorum, a quibus præcedentes tituli positi sunt; nam et in eodem loco repertus est hic lapis, et multa in iis similia insunt. Sed fieri etiam potest ut sit Amorginorum Aegialensium; neque enim Milesii in hoc memorantur, et alia quædam, in præscripto maxime, a formulis præcedentis decreti satis recedunt. Nam illic sunt archontes, senatus, populus, praetores, decemviri prytanica potestate; hic praeter senatum populumque unus tantum magistratus memoratur, archon (v. 3. 4.). Accedit quod, id quod satis memorabile est, in hoc decreto populi mentio senatus nomen præcedit (v. 1: τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς, coll. v. 13). Ad aetatem tituli quod attinet, literarum forma est pravissima, eaque quæ secundo p. Chr. n. sæculo antiquior haberi nequeat. Versatur autem, quemadmodum præcedens decretum, in honoribus defuncto cuidam post obitum decernendis, et in consolandis ejus liberis.

V. 2 ΕΜΦΑΝΕΟΝΤΟΣ quod in meo apographo scripseram, tueri non ausus sum; quippe quod verbum alia auctoritate careat. Ἐμφανίζειν h. l. est pro εἰσηγεῖσθαι, sententiam dicere, ad senatum populumque referre. Mnesitheus, qui hoc munere fungitur, ipse nunc archon est. Eandem dignitatem gesserat is de cujus honoribus agitur (v. 4), Athenæus Canachi f., qui laudatur ut vir ἀξιόλογος (cf. ad tit. præc. v. 6) et τεκνοτρόφος. Nam liberos progenuisse progenitosque educasse apud veteres, maxime labente reipublicæ statu, insigne meritum putabatur (cf. supra n. 109. v. 8). — V. 8 multum abest ut in supplementis periculi causa a me propositis ipse acquiescam, præsertim quum orationis structura non bene procedat. Sed quid verum sit, non assequor. — V. 11, coll. vv. 15 et 18, ii qui vita decesserunt, vocantur κατοιχόμενοι, satis trito loquendi usu. Suscipiunt autem senatus populusque etiam curam consolandi liberos defuncti (v. 10 21; cf. tit. præc.) — V. 19 infinitivus futuri, si verus est, mire se habet.

Tituli *B* et *C* in eodem scripti sunt lapide. Soterichus videtur esse filius ejusdem Athenæi. Is a populo, vulgatissimo istis temporibus honoris genere, heros declaratur. Ἥρωαν est legitimus accusativus a forma nominativi Aeolica ἥρωας. In tit. *C* Euphemia Eubuli f. fortasse est uxor Athenæi.

1 2 3.

Ibidem, in iisdem ruderibus. Cippus quadratus, in casa sacerdotis, literis pessimæ formae negligenter inscriptus. Textum vide in tab. lith. Epigramma et invenustum et insulsum, cujus priores bini versus sunt hexametri heroici, posteriores bini elegiaci. Talem autem metrorum insolitam permixtionem in inscriptionibus serioris ætatis haud esse infrequentem multa exempla docent. Cf. C. J. I. n. 808. 1001. 1012. 1030. cett. Sensum hujus epigrammatis (siquidem sensus inest) non satis expedio. V. 4 et 5 in ΜΕΙΚΡΑΙΝΑ latere mihi videtur ΜΕ ΗΡΩΑΝ (cf. n. 122. B. ἥροαν): unde in textu minusculis repetito scripsi μ' ἥρων, quæ forma accusativi, etiamsi exemplis firmari nequeat, neminem spero offendet.

Τὸν νέον ὄντα, φίλοι, ζητήσατε, καὶ καθιδόντες
Τύνβον ἐμὸν μ'[ἥ]ρ[ω]ν ὀνομάζετε· ὦ φίλε, καὶ σὺ
Ἐρχόμε[ν]ο[ν] π[α]ρ' ὁδῷ, [σ]οὶ φίλον ὄντα νόει.
Πᾶσι δὲ «χαῖρε» λέγω τοῖσι παρερχομένοις.

Versu primo quod habetur καθιδόντες, ita scriptum est ex usu inscriptionum serioris maxime ætatis nunc jam satis trito: quemadmodum reperiuntur καθ' ἰδίαν, καθ' ἔτος (hodiernis Græcis ἐφ' ἔτος), et alia similia. Cf. Franz, Epigr. Gr. p. 232, et infra n. 189. v. 6.

1 2 4.

Ibidem, ad viam quae in vicum Θολάρια ducit, in aedicula semiruta Παναγίας Κρουσμένης.

ΔΩΡ.	Δῶρ[ε
ΧΡΗΣΤΕ	χρηστὲ
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

Titulus est sepulcralis. Nom. propr. Δῶρος occurrit etiam apud Thuc. 4, 78. Secundum versum non extrico.

1 2 5.

Ibidem, in sacello D. Theodori. Titulus est sepulcralis.

ΚΡΙΤΟΒΟΥΛΟΣ	Κριτόβουλος
ΠΕΙΘΑΓΟΡΟΥ	Πειθαγόρου.

126.

Ilidem, in hodierno oppido Amorgo. Ex *Arcesines* ruderibus (quae nunc Καστρὶ vocantur) allatus esse dicebatur lapis.

ΟCΤΑΙCΟΙΚΙΑΙCΤΩΝΑΠΟΤΕΤΙ
ΜΗΜΕΝΩΝΝΙΚΗCΑΡΕΤΗΕΙCΤΗ
ΝΠΡΟΙΚΑΚΑΘΙΕΡΩΜΕΝΩΝΚΑΙΑ
ΝΑΚΕΙΜΕΝΩΝΤΗΙΟΥΡΑΝΙΑΙΑ
ΦΡΟΔΙΤΕΙΤΗΙΕΝΑCΠΙΔΙΥΠΟΝΙ
ΚΗCΑΡΕΤΗCΤΗCΓΥΝΑΙΚΟCΤ
ΗCΝΑΥΚΡΑΤΟΥCΚΑΙΚΑΤΑΤΑCΔΙ
ΑΘΗΚΑCΤΑCΚΕΙΜΕΝΑCΕΝΤΩΙ
ΙΕΡΩΙΤΗCΑΦΡΟΔΙΤΗCΚΑΙΠΑΡΕ
ΥΝΟΜΙΔΕΙΤΩΙΑΡΧΟΝΤΙΚΑΙΠ
ΑΡΑΤΩΙΘΕCΜΟΘΕΤΕΙΚΤΗCΙ
ΦΩΝΤΙ

(*Monogramma vide in tab. lithogr.*)

— — — — — —
Ὅρ]ος ταῖς οἰκίαις τῶν ἀποτετι-
μημένων Νικησαρέτῃ εἰς τὴν
προῖκα, καθιερωμένων καὶ ἀ-
νακειμένων τῇ Οὐρανίᾳ Ἀ-
φροδίτῃ τῇ ἐν Ἀσπίδι ὑπὸ Νι-
κησαρέτης τῆς γυναικὸς
τῆς Ναυκράτους, καὶ κατὰ τὰς δι-
αθήκας τὰς κειμένας ἐν τῷ
ἱερῷ τῆς Ἀφροδίτης καὶ παρ' Εὐ-
νομίδῃ τῷ ἄρχοντι καὶ πα-
ρὰ τῷ θεσμοθέτῃ Κτησι-
φῶντι.

Ἀφρ:

Fragmentum tabulae qua Nicesarete Naucratis uxor Veneri Uraniae apud Arcesinenses ex dote sua domos aliquot et fortasse alias quasdam res dedicaverat. Τὰ ἀποτετιμημένα v. 1 sunt *res oppigneratae.* Cf. Boeckh. Oec. Civ. Ath. I, p. 158. Ἀποτετιμῆσθαι autem est verbum solenne de rebus quae dotis nomine dantur; sed pro eo quod h. l. est εἰς τὴν προῖκα, alibi ponitur dativus προικί. Exemplum affero titulum Atticum ineditum, qui Athenis in Museo asservatur:

.ΡΟΣΟΙΚΙΑΣ
. . . . .ΙΙΠΟΥΑΠΟΤΕ.
. . . . :ΜΕΝΩΝΠΡΟΙΚ.
ΤΕΙΔΙΟΔΩΡΟΥΘΥ
.ΑΤΡΙΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤ
ΕΙΧΡΗΙΙ

ὅ]ρος οἰκίας .
καὶ κ]ήπου ἀποτε-
τιμη]μένων προικ[ὶ
τῇ Διοδώρου θυ-
γ]ατρὶ Καλλιστρά-
τῃ ΧΡΗΙΙ

Sed haec hactenus. Redeundum enim est ad inscriptionem Amorginam. Venus igitur illa Urania, quae apud Arcesinenses colebatur, v. 5 vocatur ἡ ἐν Ἀσπίδι. Incertum, utrum hoc de simulacri habitu intelligendum sit, ut Venus Victrix haberi debeat; an sit appellatio a loco, ubi statua posita fuit, ipsi indita. Apud Argivos certe constat arcis quandam partem Ἀσπίδα appellatam fuisse (Plut. Cleom. 17. 21. Id.

Pyrrh. 32); neque prætereundam est, quod in eadem regione Veneris fuit templum Uraniae (Paus. 2, 23, 8). Casune haec ita congruunt? an fuit aliquis nexus inter Argos et Amorgum insulam?

Superest, ut de siglo dicamus, quod in fine tituli appictum est. Hoc facile vides ita comparatum esse ut omnia fere nominis ΑΦΡΟΔΙΤΗ elementā complectatur. Nam continet et Α et Φ et Ρ et Ο et Δ et Ι et Τ, atque si argutari velis, etiam Η vel certe Ε.

127.

Ibidem, in aversa parte ejusdem marmoris, in quo titulus præcedens.

ΑΒΓΔΕΞΗΘΙΚΛΜΝΞΟΠΡΣΤΥΦΧΨΩ.

(*Idem versus ter et vicies repetitus*).

Singularis haec inscriptio lusus videtur esse lapicidæ otiosi, vel magis dexteritatis specimen ab aliquo tirone artis quadratariæ exhibitum.

128.

Ibidem, *Minoae*, ad portum, in muro casae cujusdam.

ΟΔΗΜΟΣΟΣΑΜΙΩΝΟ	ὁ δῆμος ὁ Σαμίων ο . . . .
ΕΤΙΜΗΣΕΝΑΓΑΘΙΝΟΝ	ἐτίμησεν Ἀγαθῖνον [τοῦ δεῖνος
ΑΡΚΕΣΙΝΗΣΤΕΦΑΝΩΙ.	Ἀρκεσινῆ στεφάνῳ [χρυσῷ ? ἀρετῆς
ΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΣΕΒΕΙΑΣ	ἕνεκεν καὶ εὐσεβείας [τῆς εἰς τοὺς θε-
. . . ΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΤΗΣ	οὺς] καὶ φιλοτιμίας τῆς [εἰς ἑαυτόν.

Breve argumentum decreti, quo Samii in Agathinum Arcesinensem coronae honorem contulerant. Neque enim semper integra decreta, verum saepe hujusmodi tantum epitomae publice proponebantur in patria ejus, qui a peregrina aliqua civitate honoribus auctus esset. — V. 3 Ἀρκεσινῆ est accus. contractus a nomin. Ἀρκεσινεύς.

129.

Ibidem, in hodierno oppido; lapis e *Minoae* ruderibus allatus.

ΛΗΚΑΙ	λη καὶ . . . .
ΠΟΛΛΩΝ	πολλῶν . . . .
ΛΙΝΚΑ.ΠΑΡΑ	λιν κα[ὶ] παρα . . . .
ΘΗΕΠΙΦΑΝΩ	θη ἐπιφανῶ[ς . . . .
ΗΑΙΟΝΔΗΜΟΝ	ηαῖον δῆμον . . . .
ΔΕΤΗΣΠΡΟΣΤΟΝ	δὲ τῆς πρὸς τὸν [Αὐτοκράτορα ? . . .
ΕΥΝΟΙΑΣΜΑΛΙΣΤΑ	εὐνοίας μάλιστα . . . .

ΘΕΟΝΣΕΒΑΣΤΟΝΟΣ
ΔΙΑΤΡΕΙΨΑΣΠΑΡΥΜΕ
ΚΑΙΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩΝΕΤ
ΤΑΟΘΕΝΚΑΙΤΩΨΗΦΙΣ
ΤΥΧΟΝΗΔΕΩΣΚΑΙΤΟ
ΘΕΟΠΟΜΠΩΑΝΟΚΝΟ
ΣΤΡΑΤΩΕΧΡΗΜΑΤΙΣΑ
ΘΕΡΙΑΝΛΑΙΑΥΤΟΝΟΜΙ
ΠΑΡΑΤΩΝΠΡΟΣΘΕΝΑ
ΤΕΕΒΕΒΑΙΩΣΑΕΤ

θεὸν Σεβαστὸν ὃς [χρόνον καὶ πλείονα?
διατρείψας παρ' ὑμε[ῖν πολλῶν ἀγαθῶν?
καὶ φιλανθρώπων ἔτ[υχε . . . .
τα· ὅθεν καὶ τῷ ψηφίσ[ματι τῷ ὑμετέρῳ ἐνέ-
τυχον ἡδέως, καὶ το[ῖς πρέσβεσι τοῖς παρ' ὑμῶν
Θεοπόμπῳ, Ἀνοκι[. . . . .
στράτῳ ἐχρημάτισα, [καὶ πᾶσαν ὑμῖν ἐλευ-
θερίαν καὶ αὐτονομί[αν . . . . ὅσην
παρὰ τῶν πρόσθεν Α[ὐτοκρατόρων ἐλάβε-
τε, ἐβεβαίωσα ἐ . . .

Fragmentum est epistolae ab Imperatore aliquo ad Minoëtas, fortasse ad Amorginos universos datae. Suspicari in promtu est, illum Imperatorem (θεὸν Σεβαστὸν) qui v. 8 et 9 apud eos, ad quos epistola scripta est, commoratus esse perhibetur, fuisse Aelium Hadrianum, quem in peregrinationibus suis etiam insulas adiisse constat ex Ael. Spartiano in vita Hadrian. 13. Cf. Flemmer, de itineribus Hadriani, Havn. 1836. p. 28. Quæ res si ita se habet, sequitur eum, cujus nomine epistola mittitur, Antoninum esse Pium. Cum hoc autem optime convenit, quod plures tituli Amorgini insulam testantur Antoninorum aetate maxime floruisse.

130.

Ibidem, prope Minoen, in basi quadrata. Principium et finis secundi versus dedita opera deleti sunt.

ΟΔΗΜΟΣ
. . . . ΚΛΑΥΔΙΟΝΚΑΙΣΑΡΑΣΕ. . . . . .
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ

ὁ δῆμος
Τιβέριον] Κλαύδιον Καίσαρα Σε[βαστὸν]
Γερμανικόν.

131.

Ibidem, ad casulam quandam in septentrionali portus littore. Textum vide in tab. lithogr.

Protome Deae, et duae aviculae cum vasculo, rudibus tantum lineamentis in lapide adumbratae sunt, quales hic eas expressimus. Ceterum nos hunc titulum iis, qui religionum labentis imperii sunt peritiores, digerendum, corrigendum, explicandum lubentes relinquimus. Solus extremus versus incorruptus est:

Ἐν μελάθροισι λιπὼν ἄλοχον καὶ νήπια τέκνα.

132.

ΗΠΑ
ΝΑΡΙ
ϹΤΗ
ϹΠΟΥ
ΔΗ
ΕΝΘΑ
ΔΕΚΕΙ
ΜΑΙ
ΕΤωΝ
ΚΑ

Ibidem, in tugurio rustico, prope sacellum D. Georgii. Cippus est formae solito angustioris et rudioris.

Ἡ παναρίστη Σπούδη ἐνθάδε κεῖμαι ἐτῶν κά.

Suspicor lapicidam vel quicunque inscriptionem composuit, versum hexametrum, quamvis pessimum, efficere voluisse, ita ut sigla numeralia ΚΑ extremae syllabae locum explerent.

133.

Lapis ex *Amorgo* insula advectus; nunc Therae, apud Albium, Gallorum proxenum.

ϹΕΜΝΟϹϹω
ΤΗΡΙΧΟΥ
ΝΕΟϹΤΕΛΕΥ
ΤΩΝΗΡΩϹ
ΓΛΥΚΥΤΑΤΕ
ΜΗΤΡΙΕΗ
ΤΥΧΗΔΙ
ΧΑΙΡΕ

Σέμνος Σωτηρίχου νέος τε-
λεοτῶν ἥρως, γλυκύτατε
μητρὶ [σ]ῇ Τυχ[ι]δί[ω?
χαῖρε.

Soterichi nomen apud Amorginos in usu fuisse testatur supra tit. 122. B. Matri meo periculo nomen Τυχίδιον imposui. Συντύχη nomen muliebre occurrit in alio titulo Amorgino (A. S. G. l. l. p. 73).

134.

Inter Amorginos titulos dubitanter posui inscriptionem sequentem, ex schedis Demetrii Gavrae demarchi, qui lapidem in *Arcesines* ruderibus olim exstitisse dicebat. Hunc titulum patet esse alterum exemplar dedicationis iisdem verbis conceptae, quae Delphis posita fuit, et quam ante hos septem annos ipse Delphis transscripsi (cf. Inscr. Gr. Ined. Fasc. I, p. 22). Delphicus autem titulus dudum quum ab aliis editus est, tum in C. J. G. I. n. 1716. Amorginum exemplar ab illo sola versuum divisione differt, praeter levia quaedam orthographica menda, quae haud scio an antigraphi nostri auctori tribuenda sint, et praeter formam literae sibilae, quae in illo est Σ, in hoc Ϲ.

ΑΜΑΡΙΟΝΝΕΠΩΤΑΑΙΓΙΑΛΕΙΝΟΝΤΕΤΗΜΗ
ΜΕΝΟΝΑΠΟΤΗϹΚΟΡΙΝΘΙΩΝΒΟΥΛΗϹΤΗ
ΜΑΙϹΒΟΥΛΕΥΤΙΚΑΙϹΚΑΙΑΙΟΡΑΝΟΜΙΚΑΙϹΑΜΑ
ΡΙΟϹΝΕΠΩϹΠΑΤΗΡΚΟΡΙΝΘΙΟϹΚΑΙΙΟΥΛΙΑΑΙΠΑ
ΛΗ. .ΕΛΦΗΤΟΝΕΑΥΤΩΝΒΙΟΝΑΠΟΛΑ.ΒΙΠΥΘΙ
ΩΙ

, A. Μάριον Νέπωτα Αἰγιαλεινὸν, τετ[ι]μημένον ἀπὸ (pr. ὑπὸ) τῆς Κορινθίων βουλῆς τ[ι]μαῖς βουλευτικαῖς καὶ ἀ[γ]ορανομικαῖς, A. Μάριος Νέπως πατὴρ, Κορίνθιος, καὶ Ἰουλία Αἰ[γι]άλη [Δ]ελφὴ τὸν ἑαυτῶν [υ]ἱόν Ἀπόλ[λων]ι Πυθίῳ.

Quinam nexus existat inter epitheta horum hominum Αἰγιαλεινὸν et Αἰγιάλη, et inter Amorgum insulam cum oppido Aegiale, quoniam divinatione hic uti non licet, in incerto relinquendum est. Memoratu autem dignum videtur, pluribus rebus in his Amorginis monumentis connexionem quandam cum Argolica et Sicyonia terra indicari: ex quo genere sunt, praeter ipsas Αἰγιάλης et Αἰγιαλείας appellationes, etiam Canachi nomen pariter apud Sicyonios et apud Aegialenses obvium (tit. 122, v. 4); praeterea Veneris ἐν Ἀσπίδι delubrum (tit. 126); denique Donusa castellum in agro Sicyonio (Paus. 7, 26, 13), et Donusa insula, quae hodieque antiquum nomen servat, inter Naxum et Amorgum.

135.

In *Arcesines* ruderibus, in basi quadrata.

ΑΓΑΘΙΝΟΣΑΓΑΘΙΝΟΥΤΟΥΚΛΕΟΦΑ. . . . .
ΔΙΟΝΥΣΩΙΚΙΣΣΟΚΟΜΑΙΚΑΙΤΩΙ. . . . .

Ἀγαθῖνος Ἀγαθίνου τοῦ Κλεοφά[ντου] Διονύσῳ Κισσοκόμᾳ καὶ τῷ [δήμῳ].

Agathini nomen apud Arcesinenses usitatum fuisse docet etiam tit. 126. Dionysus *Cissocoma* est qui apud Acharnenses Κισσὸς appellabatur (Paus. 1, 31, 3).

136.

Ibidem, ad portam scalae, qua in arcem ascenditur. Marmor ita collocatum, ut major psephismatis pars legi non possit.

Θ Ε Ο Ι	Θεοὶ [τύχην ἀγαθήν.
ΕΔΟΞΕΝΤΗΙΒΟΥ	Ἔδοξεν τῇ βου[λῇ καὶ τῷ δήμῳ . .
. . ΕΜΕΛΙΤΩΝΕΝ	. . . .
. . ΣΘΑΙΕΙΣΤΟΗΡΑΙ	. . σθαι εἰς τὸ Ἡραῖ[ον? . . . .
. . ΟΑΜΕΤΟΝΝΕΩΚΟ	. . . . . . τὸν νεωκό[ρον . . . . . .
\. ΕΞΕΙΡΓΗΙΑΠΟΤΗ	. . ἐξείργῃ ἀπὸ τῆ[ς . . . .
ΕΚΑΣΤΗΣΔΕΚΑΔΡΑ	ἑκάστης δέκα δρα[χμ . . . . ἀνα-
. ΡΑΨΑΙΔΕΤΟΔΕΤΟ	γ]ράψαι δὲ τόδε τὸ [ψήφισμα εἰς στήλην λιθί-
. . ΝΕΠΙΜΕΛΗΘΗΝ	νη]ν· ἐπιμεληθῆν[αι δὲ τῆς ἀναγραφῆς τοὺς
. . . .	. . . .

De templo aliquo agitur, sive Iunonis (n. 4: Ἡραῖον. cf. A. S. G. II. p. 75. 76), sive Herculis (Ἡράκλειον· vid tit. seq.).

137.

Ibidem, in marmore, quod scalae arcis inaedificatum est.

. . . . . . /ΟΣΑΠΟΤΡΟΠΑΙΟ

Ἀπόλλων]ος Ἀποτροπαίου. Potest etiam esse Ἡρακλέ]ους Ἀποτροπαίου.

138.

Ibidem, in parvula stela sepulcrali.

ΚΑΛΛΙ . ΑΝΗΣ	Καλλι[φ]άνης
ΚΑΛΛΙΜΕΝΙΟΣ	Καλλιμένιος.

139.

Ibidem, in simili stela, prope aedem Παναγίας Καστριανῆς in arce.

. ΗΜοΚΡΑΤΗΣΔΗΜοΚΡΑΤΙΔοΥ	Δ]ημοκράτης Δημοκρατίδου.
. . . ΚΡΑΤΗΣΑΡΧΕΔΗΜοΥ	Σω]κράτης Ἀρχεδήμου.

140.

Ibidem, in eodem loco. Titulus sepulcralis.

ΕΠΙΚΤΗΣ . .	Ἐπίκτησ[ις
ἈΡΙΣΤΟΤΕ . . .	Ἀριστοτέ[λους
ΧΑΙΡΕ	χαῖρε.

141.

Ibidem, in marmore oblongo, quod videtur fuisse limen alicujus camerae sepulcralis. (Cf. lemma tit. 112).

ΑΛΕΞΙΤΙΜΟΣΚΑ . . . . Ν	Ἀλεξίτιμος . . . .
ΜΝΗΣΙΔΩΡΗΑΛΕ . . . . . ΟΥ	Μνησιδώρη Ἀλε[ξιτίμ]ου.

142.

Ibidem, in simili marmore, atque titulus praecedens.

ΑΙΛΩΘΕΣΤΗΣ	Α[γ]λωθέστης.

Ἀ[γ]λωθέστης videtur esse nomen aliunde ignotum, contractione ex Ἀγλαοθέστης factum. Cf. tit. 119: Ἀγλωχάρους, et quae ibi allata sunt exempla.

143.

Minoae (Catapolis), in muro horti, in stela anaglypho viri stantis ornata. Textum vide in tab. lithogr.

Ὑγεῖνος Ὑγιάζοντος βιώσας ἀμέμπτως, νέος τὴν ἡλικίαν, ἐτῶν εἴκοσι ἥρως χρηστὲ, χαῖρε!

Subter titulum habetur Ⱥ majusculum, duplici corona circumdatum.

144.

Inter *Arcesines* rudera, in parvulo fragmento albi marmoris; nunc Athenis apud Dem. Budurem, qui mecum communicavit.

ΙΝΙΙ	. . . .
. ΡοΣΔΕΞΙΚ	. . . . . . ρος Δεξικ[ράτους?
οΣΣΩΣΙΚΡΑ	. . . . . ος Σωκρά[τους
ΣΥΡΑΚοΣΙοΣ∠	. . . . Συρακόσιος . . . .
ΤΕΙΕ ΗΝΤΑΙ	. . . .
\ΡΚΕΣΙΝΕΩΝ	. . . . Ἀ]ρκεσινέων . . . .
ΤΕΛοΥΣΙΤ. . .	. . . . τελοῦσι τ . . . . .
Γ	. . . .

MYCONUS.

145.

In *Mycono* insula, dimidia fere hora ab oppido meridiem versus, in loco cui est nomen Φουμιὰ, prope rudera antiquae cujusdam turris rotundae (cf. nostras Insull. Aeg. maris II. epist. 16), situm est parvulum sacellum S. Marinae. Super ejus sacelli altare est tabula satis magna, minutissimis literis inscripta, sed adeo attrita, ut eam transscribere non potuerim. Ad dextram altaris est alia tabula, dimidia sui parte muro infixa, in cujus latere prominente quae legi possunt, haec sunt.

ΟΔΑΡΙΘΜΟΛΚΗΠΑΝΤΩΝ	. . . ἀριθμ. ὁλκὴ πάντων . . . .
. . . ΗΗΗΗΔΔΔΚΟΠΕΜΠΤΟΣΗΝ . . .	. . . ΗΗΗΗΔΔΔ. . Πέμπτος ἦν . . . .
ΤΥΛΙΟΣΑΡΓΥΡΟΣΝΦΩΣΦΟΡΙΟΝΕΜ . .	δακ]τύλιος ἀργυροῦς φωσφόριον ἐμ . .
ΗΟΣΙ< \ΦΙΛΑΝ	. . . .
. . . . ⊢⊢ : ΤΥΠΟΙΧΡΥΣΟΙΚΛ	⊢⊢ : τύποι χρυσοῖ . . .
. . ΚΟΔΑΚΤΥΛΙΟΣΚΛ	. . . δακτύλιος . . . .
. . . ΙΙΙ : ΑΛΛΟΑΛΥΣΙΟΝΔΙΑΛΙΘΟΝ . . .	. . . ΙΙΙ : ἄλλο ἁλύσιον διάλιθον . . . .
. . ΟΓΤΑΝΙΔΙΩΝΚΕΡΚΙΔΟΣΑΝΑ . . .	. . . . κερκίδος ἀνα . . . .

. . . ΑΣΤΑΤΟΣΔΑΚΤΥΛΙΟΣΧΡΥΣΟΣ . .	. . ἄστατος δακτύλιος χρυσοῦς . .
(Hic versus antiquitus scalpello erasus.)	. . . .
. . ΣΗΚΕΙΤΟΥΛΙΜΕΡΙΟΣΛΙΛ . . .	. . . .
. . . ΠΟΣΕΙΔΙΣΕΡΑΣΙΠΠΟΥΤΟΥ . . .	. . Πόσειδις Ἐρασίππου τοῦ . .
(Prior versus pars erasa.) . . ΤΟΥ . . .	. . . . τοῦ . .
. . ΗΜΥ . ΥΩΚΥΝ. . . . ΕΓΓΥΗΣΑΜΕΝΩ . . .	. . . . ἐγγυησαμένω.
. ΝΟΝ . Δ⊢⊢⊢⊢ . ΤΟΔΕΛΟΙΠΟΝΩΔ . . .	. . νον: Δ⊢⊢⊢⊢: τὸ δὲ λοιπὸν
. . ΛΙΣΙΣΤΑΠΟΣΙΔΕΙΑ . ΡΗ . ΚΑΙ . .	. . . εἰς τὰ Ποσίδεια: ΡΗ: καὶ . .
. ΤΟΚΟΥΣΑΠΕΔΟΣΑΝΠΟΛΥΒΟ . .	. . . τόκους ἀπέδοσαν Πόλυβο[ς . .
. . . . Ε . . . ΔΡΟΣΠΑΡΜΕΝΙΩΝΟΣ . . .	. . Μ]έ[ναν]δρος Παρμενίωνος . . .
. . ΔΑΣΠΙΣΤΟΞΕΝΟΥ . Δ . ΦΩΚΙΩΝ . .	. . . δας Πιστοξένου: Δ: Φωκίων . .
. . Σ . ΠΥΡΙΑΤΗΣΤΛΗΠΟΛΕΜΟΥ . . .	. . . . Τληπολέμου . . .
. . ΙΛΤΗΣ . ⊢⊢⊢⊢ . ΚΡΑΤΩΝΕΚΤΟΥ .	. . ίλτης: ⊢⊢⊢⊢: Κράτων ἐκ τοῦ . .
. ΗΣ . ΠΙΙΙ . ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣΚΥΞΙΚ . .	δ]ης: ΠΙΙΙ: Ἀπολλόδωρος Κυζικ[ηνο . . .
. ΕΝΕΙΣΑΘΛΑ . Η . ΚΑΙΗΒΥΡΣΑ . . .	. . . εἰς ἆθλα: Η: καὶ ἡ βύρσα . . .
. . \ . ΕΛΑΙΟΥΔΟΥΣ . . ΙΙΙ . ΛΑΜΠΑΔ . .	. . . . . . ἐλαίου δοὺς: . ΙΙΙ: λαμπαδ . . .
. . ΛΕΣΑΝΔΡΩ . . . ΔΙΟΥ . Δ . Α	. . . . . ἀνδρῶ[ν σταδ]ίου: Δ: ἀ[γενείοις?
. . ΧΑΡΜΩΙΔΙΑΥΛΟΥ . ⊢⊢⊢⊢ . ΘΕ . .	Ἐπιχάρμῳ διαύλου: ⊢⊢⊢⊢: Θε . . .
. . . ΠΥΓΜΗΣ . Π . ΠΥΡΡΩΙΔΙΛ . . .	. . . πυγμῆς: Π: Πύῤῥῳ . . . . . .
. . ΕΡΓΑΣΑΜΕΝΩΙΤ	. . ἐργασαμένῳ . . . .
(Integer versus erasus.)	. . . .
. . ΚΑΤΑΓΑΓΟΝΤΟΣΤΑΣΚΑΤΑΛ . .	. . καταγαγόντος τὰς καταλ . . .
. . ΙΤΙΔΟΥΣΥΝΤΕΛΕΣΑΝΤΩΝ	. . . . συντελεσάντων . . .
. ΟΚΛΕΙΚΑΤΑΣΚΕΥΗΣΙΤΟΥΠΛΟ . . .	. . ἐκλεῖ κατασκευῆς τοῦ πλο[ίου?
. . . .	. . . .

Lapidem ad aliquod templum, Neptuni credo, ludosque solennes in honorem dei celebrandos (v. 16: Ποσίδεια) pertinere manifestum est. Priore parte continebatur catalogus rerum pretiosarum in templo asservatarum (v. 1—9); sequebantur rationes sacrae pecuniae et usurarum ex ea perceptarum (v. 10—22); postremo loco consignata erat expensa in sacros ludos facta, et pretia victoribus diversorum certaminum soluta (v. 22 sqq.). Quod est v. 3 φωσφόριον, gemmae suspicor esse genus.

PAROS.

Post editos Corporis Inscr. Gr. fasciculos IV et V, quibus continentur lapides *Parii* quotquot usque ad a. 1835 innotuerant nn. 2374—2415, sat multas hujus insulae inscriptiones ineditas primus in lucem emisit V. Cl. Fr. Thierschius, in Commentatione Germanice scripta de Paro (in *Actis Acad. Monac.* 1834. *p.* 585 *seqq.*); unam vel duas, sed levis momenti, habet etiam Lebasius l. l. p. 203—207; nonnullas, antequam Thesauri Berolinensis fasc. V ad me perveniret, ipse rursus edideram *Kunstblatt* 1836. *N.* 12. 13. 17.); unus ineditus exstat apud Leakium, *Northern Greece n.* 121. Hos autem quos nunc edimus lapides jam septem abhinc annis (1835) transscripsimus: a quo inde tempore probabile est plurimos alios Pari fuisse repertos.

146.

Pari, in marmore quadrato, quod postmodo in formam alvei aquarii, unde pecudes potant, excavatum est; prope casam rusticam, orientem versus ab oppido.

. . . . . ΕΝΟΥΣΤΟΙΣΧΙΟΙΣ . . . . ΕΝΟΙΣΤΟΥΤΑ
.ΟΥΘ. ΕΔΑΝΕΙΣΑΝΤΗΙΠΟΛΕΙΓΙΝΕΤΑΙΤΟΚΟΣ
ΣΑΠΟΤΟΚΟΥΤΟΚΟΣΕΣΤΟΓΧΡΟΝΟΝΕΝΩΙΗ
ΟΜΟΛΟΓΙΑΕΓΕΝΕΤΟΠΕΡΙΤΗΣΑΠΟΔΟΣΕΩΣ
.ΩΓΧΡΗΜΑΤΩΝΕΤΩΝΕΝΔΕΚΑΚΑΙΤΡΙΑ
.ΟΝΤΑΗΜΕΡΩΝΕΙΣΑΝΔΡΟΣΘΕΝΗΝΑΡΧ
ΟΝΤΑΚΑΙΜΗΝΑΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝΑΤΙΣ
ΔΔΔ:ΣΥΝΤΩΙΑΡΧΙΑΩΙ:.ΤΤΧΧΧΓΔΔ
ΟΥΤΟΥΕΚΟΜΙΣΑΝΤΟ:ΤΤΧ.ΗΙ
ΧΧΧΓΔΔΔ

Interpretationis conatu eo facilius supersedeo, quod titulum diu cum A. Bœckhio communicatum mox a viro rerum œconomicarum peritissimo illustratum iri confido.

147.

Pari, in oppido in domo privata. Tabula est albi marmoris. Primum accepi antigrapha hujus et sequentis tituli ab amicissimo collega I. Vuro, medicinae professore; postmodo ipse ex lapidibus transscripsi.

ΘΕΟΙ
ΕΔΟΞΕΝΤΗΙΒΟΛΗΙΚΛ. . . .
ΔΗΝΩΙΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΣ. . . . .
ΕΠΑΙΝΕΣΑΙΑΡΗΤΟΝΑΣΤΕ. . .
ΟΜΟΧΙΟΝΟΤΙΠΡΟΘΥΜΟΣΕΣΤΙ
ΝΠΕΡΙΤΗΜΠΟΛΙΝΤΗΜΠΑΡΙΩ.
ΠΟΙΕΝΟΤΙΔΥΝΑΤΑΙΑΓΑΘΟΝ
ΚΑΙΝΥΓΚΑΙΕΝΤΩΙΠΡΟΣΘΕΓΧ
ΡΟΝΩΙΝΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΑΥΤΟΝΤ
ΟΣΠΡΥΤΑΝΕΣΤΟΣΜΕΤΑΑΡΧΗ
ΓΕΝΟΣΕΣΤΟΠΥΘΙΟΝΠΡΟΞΕΝ
ΟΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣΑΥΤΟΓΚΑΙΕΚ
ΓΟΝΟΣΕΝΑΙΔΕΑΡΗΤΩΙΚΑΙΠΡ
ΟΕΔΡΙΑΝΚΑΙΔΙΚΑΣΠΡΟΔΙΚΟΣ
ΕΑΝΤΙΑΔΙΚΗΤΑΙΚΑΙΠΡΟΣΟΔ
ΟΝΕΑΝΤΟΔΕΗΤΑΙΠΡΟΣΤΗΜΒ
ΟΛΗΓΚΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝΠΡΩΤΩΙ
ΜΕΤΑΤΑΙΕΡΑ

Θεοί.
Ἔδοξεν τῇ βουλῇ κ[αὶ τῷ
δ[ήμ]ῳ· Ἀρχέστρατος [εἶπεν·
ἐπαινέσαι Ἄρητον Ἀστε . . .
ύμου Χίον ὅτι πρόθυμός ἐστιν
περὶ τὴμ πόλιν τὴμ Παρίω[ν
ποιεῖν ὅ,τι δύναται ἀγαθὸν
καὶ νῦγ καὶ ἐν τῷ πρόσθεγ
χρόνῳ· ἀναγράψαι δὲ αὐτὸν
τοὺς πρυτάνεις τοὺς μετὰ Ἀρχη-
γένους ἐς τὸ Πύθιον πρόξε-
νον τῆς πόλεως αὐτὸγ καὶ ἐκ-
γόνους· εἶναι δὲ Ἀρήτῳ καὶ προ-
εδρίαν καὶ δίκας προδίκους,
ἐάν τι ἀδικῆται, καὶ πρόσο-
δον, ἐάν του δέηται, πρὸς τὴμ
βουλὴγ καὶ τὸν δῆμον πρώτῳ
μετὰ τὰ ἱερά.

Pariorum civitati cum Chiis plurimum fuisse commercii, præter hoc et quod proxime sequitur decretum demonstrat in primis titulus præcedens, de pecunia Pariorum reipublicæ a Chiis credita. — Archegenem (v. 10) puto esse archontem: certe in Chronico Pario et in titulo præcedente eponymus Pariorum magistratus est archon. Cf. Franz, Epigr. Gr. p. 323. — Τὸ Πύθιον (v. 11) est templum vel delubrum Apollinis Pythii. Fuisse etiam Delii Apollinis ædem vel certe sacram portionem apud Parios demonstratur alia inscriptione, quam in Diar. Artt. 1836, n. 12 et in Ind. Lect. Univ. Athen. 1837, not. 27 edidi.

148.

Ibidem, eodem in loco, ubi praecedens titulus, in simili tabula.

ΕΔΟΞΕΝΤΗΙΒΟΛΗΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙ
ΑΣΜΕΝΟΦΑΝΤΟΣΕΙΠΕΝΕΠΑΙ
.ΕΣΑΙΑΜΦΙΛΥΚΟΓΚΑΙΑΓΣΛΛΗΙ
ΠΕΔΙΕΩΣΚΑΙΑΡΙΣΤΟΧΟΜΜΕΓΑ
ΛΟΚΛΕΟΣΧΙΟΣΟΤΙΠΡΟΘΥΜΟΙ
ΕΙΣΙΠΕΡΙΤΗΜΠΟΛΙΝΤΗΜΠΑΡΙΩΝ

Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ·
Ἀσμενόφαντος εἶπεν· ἐπαι-
ν]έσαι Ἀμφίλυκογ καὶ Ἀ[πε]λλῆ[ν?
Πεδιέως καὶ Ἀρίστοχομ Μεγα-
λοκλέος Χίους, ὅτι πρόθυμοί
εἰσι περὶ τὴμ πόλιν τὴμ Παρίων

ΠΟΙΕΙΝΟΤΙΑΝΔΥΝΩΝΤΑΙΑΓΑ	ποιεῖν ὅ,τι ἂν δύνωνται ἀγα-
ΘΟΓΚΑΙΝΥΓΚΑΙΕΝΤΩΙΠΡΟΣΘΕΝ	θὸγ καὶ νῦγ καὶ ἐν τῷ πρόσθεν
ΧΡΟΝΩΙΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΑΥΤΟΣ	χρόνῳ· ἀναγράψαι δὲ αὐτοὺς
. ΑΘΑΠΕΡΠΡΟΤΕΡΟΝΗΣΑΜΠΡΟ	κ]αθάπερ πρότερον ἦσαμ προ-
ΞΕΝΟΣΑΥΤΟΣΚΑΙΕΚΓΟΝΟΣ	ξένους, αὐτοὺς καὶ ἐκγόνους·
ΕΙΝΑΙΔΕΑΥΤΟΙΣΑΤΕΛΕΙΑΓΚΑΙ	εἶναι δὲ αὐτοῖς ἀτέλειαγ καὶ
ΠΡΟΕΔΡΙΑΝΚΑΙΔΙΚΑΣΠΡΟΔΙ	προεδρίαν καὶ δίκας προδί-
ΚΟΣΚΑΙΑΝΤΙΝΟΣΑΛΛΟΥΔΕΙΩΝ	κους, καὶ ἄν τινος ἄλλου δέων-
ΤΑΙΠΡΟΣΟΔΟΜΠΡΟΣΤΗΜΒΟΛΗΝ	ται, πρόσοδομ πρὸς τὴμ βουλὴν
. ΑΙΤΟΝΔΗΜΟΝΠΡΩΤΟΙΣ	κ]αὶ τὸν δῆμον πρώτοις
ΜΕΤΑΤΑΙΕΡΑ .	μετὰ τὰ ἱερά.

Cf. annotationem ad tit. praecedentem. Uterque lapis quinto a. Chr. n. saeculo non est recentior.

149.

In *Paro* insula, quinquaginta fere passus ab illa fodina marmoris, in qua Adamas Odryses Nymphis anaglyphum dicavit (*Tournef.* p. 307; *Diar. Artif.* 1836, n. 13. C. I. G. II, n. 2387), inter rudera sacelli semiruti, in marmore oblongo.

ΕΡΩΣΚΑΙΣΑΡΟΣΕΡΓΕΠΙΣΤΑΤΗΣΤΟΥ
ΛΑΤΟΜΙΟΥΙΔΡΥΣΑΤΟ

Ἔρως Καίσαρος ἐργεπιστάτης τοῦ λατομίου ἱδρύσατο.

Eros et Caesar libertini homines videntur fuisse: unde alteri est poeticum, alteri nobilissimum nomen. Eros quidam Labienanus, libertinae conditionis homo, memoratur etiam in alia bilingui inscriptione Paria, in C. I. G. II, n. 2407, et apud Thierschium l. l. p. 643, n. 31. Fortasse uterque unus est idemque. Vocabulum ἐργεπιστάτης aliunde jam notum.

150.

Templum Aesculapii et Hygeae fuisse apud Parios constat ex titulis, qui antis ejus templi inscripti fuerunt, editis illis in C. I. G. II, n. 2390 — 97, et quos olim ipse edidi in *Diar. Artt.* 1836, n. 12. Obiter h. l. monere liceat, eodem pertinere non solum tit. 2429. b, qui est idem cum 2390, sed fortasse etiam tit. 2046, quem falso a se Hadrianopoli positum esse Clariss. Corporis Editor postmodo ipse significavit Vol. II, p. 249 extr.

In illius igitur templi ruderibus reperta fuere quae sequuntur fragmenta, ex quibus posteriora duo (*b* et *c*) jam a Thierschio l. l. n. 12 edita sunt.

a.	b.	c.
.ΔΟΞΕΝΙ	ΣΤΑΘΜΟΝΜΝΕ	ΕΣΑ
ΔΗΜΩΙΓΟ	ΝΗΜΙΜΝΗΙΟΝ	ΝΤΑ
ΑΤΕΕΡΞΙ	ΑΛΑΙΕΙΚΟΣΙ	ΣΟ. .: Λ
ΑΤΕΥΕΝ	ΣΠΟΝΔΗΙΟΝΧ	.Ν:. .ΜΝ
ΝΟΣΑΝ	ΔΥΟΔΑΚΤΥ	.ΟΕΙ
ΟΙΚΩΝ		ΡΟ
ΑΧΛ		
ΝΓ		

Ex hisce tit. *a.* est fragmentum decreti Senatus Populique, cujus priores quatuor versus sic fere suppleri debent:

Ἔδοξεν [τῇ βουλῇ καὶ τῷ
δήμῳ· Γο[......... ἐπεϛ]ά-
τει· Ἐρξ[ίας? ..... ἐγραμμ]ά-
τευεν· cett.

Fragm. *b.* recte monuit Thierschius superesse de catalogo vel ἀναγραφῇ donariorum quae in templo asservabantur. Nobis hoc fragmentum sic legendum esse videtur:

— — — σταθμὸν μνέ[α — — —
— — σταθμὸ]ν ἡμιμνήϊον — — —
— — — — φι]άλαι εἴκοσι — — —
— — — — σ]πονδήϊον χ[ρύσεον —
— — — — δύο δακτύ[λιοι —

Extremum denique fragmentum quod in tergo ejusdem lapidis exaratum est, adeo est mutilatum, nihil ut constitui possit. Videntur autem haec fragmenta vetustiora esse reliquis omnibus, quotquot innotuerunt, Pariis titulis: propterea quod Ionismum exhibent puriorem et ἀκρατότερον quam ceterae inscriptiones.

151.

Pari, in oppido, in domo Panagiotae Gabathiotae.

Γ·ΟΥΛΠΙΟΣΚΕ>.....	Γ. Οὔλπιος Κε.....
ΑΝΗΡΧΡΗΣΤC··	ἀνὴρ χρηστὸ[ς χαῖρε.
ΚΕΙΜΑΙΕΝΕΥΣ.........	Κεῖμαι ἐν εὐσ[.......
ΑΠΟΦΘΙΜΕΝΟ.........	ἀποφθίμενο[ς......
ΓΟΝΕΩΝΚΑΙΠ..........	γονέων καὶ π[αίδων?
ΘΟΝΕΝΘΑΚΑ..........	θον ἔνθα κα.......
ΑΜΦΙΣΕΧΕΙΘ	ἀμφὶς ἔχει.

Monumentum est sepulcrale, Trajani imperatoris aetate haud antiquius. Posteriores quinque versus continebant epigramma vincta oratione scriptum; ni fallor, metro heroïco, sed ita ut extremus versus pentameter esset.

1 5 2.

Pari, in intimo recessu majoris lapicidinae, unde lychnites lapis extrahebatur. Tituli Latinis literis (vid. tab. lithogr.) in rupe incisi terminos videntur indicare ejus loci, qui homini cuidam, cujus nomen a syllabis *Hermo* incipiebat, ad usum fructum fuerit concessus. Eum locum in ducentos nonaginta quinque pedes patuisse ex tit. *a* conjectari possit. Hinc autem explicandum existimo siglum quod est in lapide Syrio supra n. 106. Mansit nimirum in marmore istud signum e lapicidina, quum a quadratario, qui titulum incidit, debuisset exsculpi.

1 5 2. *b.*

Pari, in oppido. Apographum a. 1837 a N. Chaereta, M. D, qui tunc apud Parios artem medicam profitebatur, acceptum communicavi ante quatuor annos cum Illustrissimo Comite Hieronymo Orti, Veronensium Consule, et cum Cl. Hoeckio, prof. Gottingensi; sed nescio an ab his duumviris editum sit. Textum vide in tab. lithogr.

Ἱερὰ γράμματα.
Δ]οκεῖς ἡμεῖν τὸ δόγμα
τ]ῆς Συγκλήτου ἀγνο-
εῖ]ν, ὅ σε, ἂν μετ' ἐμπεί-
ρ]ων συναντιβάλῃς,
πε]ίσ[ει] μὴ εἶναι ἐπάναγ-
κ]ες Συγκλητικῷ
δ]ήμου Ῥωμαίων ἄκον-
τι] ξένον ὑποδέχε-
σ]θαι. Ἐδόθη
ι]ά Καλ. Ἰουνι. Ῥώμῃ
Ἀλ]ϐίῳ Κείλωνι τὸ Β' καὶ
Ἀν]νίῳ Λίϐων[ι] ὑπάτοις.

Literae sunt a senatu Romano ad nescio quem virum senatorium in Paro insula degentem datae, qui senatum de aliqua re ad jus hospitale pertinente ut se edoceret, rogasse videtur. Quae res qualis fuerit, judicabunt alii, qui in hoc antiquitatum genere magis habitant. Datae autem sunt literae eo anno, quo Septimius Severus ludos saeculares condidit, 957 a. u. c., 204 p. Chr. n., Cilone II et Libone Coss. Cf. *Zosim.* 2, 4 et 7. Apud *Zosimum* editur Χίλωνος, sed in codd. Leunclaviano et Palatino est Χιίλωνος, quod nescio an ex hoc lapide in Κείλωνος mutandum sit. Dativi Ῥώμῃ et Κείλωνι καὶ Λίϐωνι ὑπάτοις imitantur ablativos Latinae linguae, *Roma* et *Cilone et Libone Coss.* Nomina horum consulum an ex conjectura recte suppleverim, ignoro; nam Fasti Consulares non sunt ad manum.

ASTYPALAEA.

Astypalaeam praeter Villoisonem nemo periegetarum adiisse videtur; qui quos ibi repererat et transscripserat titulos, editi habentur in C. I. G. n. 2483 — 2500. Praeterea decem inscriptiones Astypalaeenses, partim easdem, a nescio quo descriptas, edidit A. Mustoxydes in Ἀνθολ. Ἰον. fasc. 1. p. 329 — 32. E quibus nonnullas, quarum apographa Mystoxydes habuit parum accurata, nunc inter alios titulos ineditos repetendas existimavi.

1 5 3. *a.*

Astypalaeae, ad radices collis, in quo oppidum situm est, in basi caerulei marmoris quadrata eaque pergrandi; sed lapis inversus et ad dimidium fere in terram defossus est: ita ut aversa maxime pars (153. *b.*) commode legi non possit.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙCΑΡΑ	Αὐτοκράτορα Καίσαρα
ΜΑΥΡΗΛΙΟΝΑΝΤΩΝΙΝΟΝ	Μ. Αὐρήλιον Ἀντωνῖνον
CЄΒΑCΤΟΝΑΡΜЄΝΙΑΚΟΝ	Σεβαστὸν Ἀρμενιακὸν
ΑΒΟΥΛΑΚΑΙΟΔΑΜΟC	ἁ βουλὰ καὶ ὁ δᾶμος
ΟΑCΤΥΠΑΛΑΙЄΩΝΤΟΝ	ὁ Ἀστυπαλαιέων τὸν
CΩΤΗΡΑΚΑΙЄΥЄΡΓЄΤΑΝ	σωτῆρα καὶ εὐεργέταν
ΤΑCΑΜЄΤЄΡΑCΠΟΛΙΟC	τᾶς ἁμετέρας πόλιος
ΘЄΟΙC	Θεοῖς.

Exstat quidem jam apud Mustoxydem l. l. n. 3, sed repetii propter inscriptionem sequentem, cujus ille exemplari usus est minus accurato.

1 5 3. *b.*

Ibidem, in averso latere ejusdem lapidis in quo praecedens inscriptio; sed omnes hujus tituli versus ab initio aliquot literis mutili sunt.

. . . . ΙΟΣΟΑΣΤΥΠΑΛΑΙΕΩΝ
ΕΤ.ΙΑΣΕ
. . . ΓΕΡΑ. . ΙΝΑΜ. . Α
. . . . ΙΛΙΑΡΙ. . . Υ. . . ΕΥΣΤΟΥΝΕΙΤΑΔΑ
ΕΤΛΙ.Ω.
. . . . . ΩΙΣΤΕΦΑ.ΩΙΤΩΙΜΕΓΙΣΤΩΙ

. . . . ΝΟΜΩΙΚΑΙΕΙΚΟΝΙ

. . . . . . ΓΝΕΚΑΚΑΙΔΙΚΑΙΟΣΥΝ . .

. . . . Ν . . . ΤΕΛΕΙΕΙΣΤ . . . .

. . . . ΤΟΑCΤΥΠΑΛΑΙΕΩ .

Ἀ βουλὰ καὶ ὁ δᾶμ]ος ὁ Ἀστυπαλαιέων

ἐτ[ίμ]ασε

. . . .

. . . . Ἀρι[στοφάν]ευς τοῦ Νειτάδα (?)

ἐ[π]αί[ν]ῳ (?)

καὶ χρυσέ]ῳ στεφά[ν]ῳ τῷ μεγίστῳ

τῷ ἐν]νόμῳ καὶ εἰκόνι

ἀρετᾶς] ἕνεκα καὶ δικαιοσύν[ας

ἂν ἔχω]ν [δια]τελεῖ εἰς τ[ὸ

πλῆθος] τὸ Ἀστυπαλαιέω[ν.

Titulus est e rariore numero eorum, qui versus habent inaequales, sed ad symmetriam quandam dispositos. Propterea quae appinxi supplementa non omnia sunt satis certa; sed defendendis iis supersederi credo posse. Hoc unum addam: e ductibus, qui versu 3 supersunt (ΓΕΡΑ cett), suspicetur quidem aliquis, honores illos, de quibus hic agitur, in mulierculam aliquam conferri; sed quo minus ita statuamus, vetat litera **Ν** versu 9 ante [δια]τελεῖ superstes. V. 10 dedi πλῆθος e duobus titt. Astyp. in C. I. n. 2487. 2488.

1 5 4.

Ibidem, in oppido, ad aediculam τῶν τριῶν ἱεραρχῶν, in parvulo marmore albo. Apud Mustox. l. l. n. 6.

ΣΩΣΙΚΡΑΤΗΣΝΕΘΜΗ	Σωσικράτης Νεομή-
ΝΙΘΣΔΑΜΑΤΡΙΘΣΘΕΘ	νιος, Δαμάτριος Θεο-
ΦΑΝΕΘΣΑΝΕΘΗΚΑΝ	φάνεος ἀνέθηκαν
ΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΤΟΝ	τῷ Ἀπόλλωνι τὸν
ΟΙΚΘΝΚΑΤΑΣΚΕΥΘ.	οἶκον κατάσκευο[ν ?

Literaturae genus satis antiquum, et quod vel ad quintum a. Chr. n. saeculum pertinere censeatur. Neque obstat huic opinioni aut elementi **Σ** forma, aut longarum vocalium **Η** et **Ω** usus: quae omnia, antequam in literaturam Atticam admitterentur, longo jam usu apud reliquas Graeciae gentes trita fuisse bene tenendum est. Nam praeter **Ε** tribus brevissimis atque inter se paribus lineolis instructum, etiam literarum θῆτα et ο μικροῦ indiscreta forma (ʘ) remotioris est indicium vetustatis. Praescripta sunt huic titulo quatuor nomina propria: e quibus quae priora sunt tria, cuncta casu nominativo posita esse putares,

nisi obstaret quartum nomen Θεοφάνεος, quod nemo erit quin generandi casum esse confiteatur. Aut igitur statuendum erit, Sosicratem, Neomenium, Damatrium fuisse fratres uniusque Theophanis filios: aut Νεομήνιος pro genitivo erit habendum a casu recto qui est Νεόμηνις; id quod praeferendum duxi. Dedicarunt autem Apollini τὸν οἶκον: quem aedesne privatas secundum vulgarem loquendi consuetudinem, an ex peculiari quodam et proprio Astypalaeensibus vocabuli usu aedem sacram (ναὸν, σηκὸν) fuisse existimem, incertus haereo. Neque enim ullum memini locum, bonorum quidem Graecitatis auctorum, ubi οἶκος pro *sacra aede* (*delubro*, *templo*) usurpetur. In fine tituli nihil deesse videtur praeter unum elementum; et qui supersunt ductus, omnes satis sunt clari certique. Quamobrem satis confidenter conjeci κατάσκευον, novo vocabulo, quod aut significet κατεσκευασμένον, plane exaedificatum et quasi omnibus numeris absolutum, aut (οἶκον) ἔχοντα πάντα τὰ σκεύη κατὰ χώραν, omni supellectile instructum. Cf. ἔνσκευος, κατάκισσος, κατάλιθος et si quae sunt similia. Cave autem corrigas: καὶ τὰ σκεύ[εα], nam hoc mihi quoque, dum titulum transscribo, jam in mentem venerat, sed vestigia literarum non eo ducunt.

155.

Ibidem, in vestibulo aedis Παναγίας Πορταριτίσσης, in tabula marmorea muro infixa; literis elegantissimis.

ΤΙΜοΚΛΕΙΑ	Τιμόκλεια
ΣΙΝΑΝΔΡοΥ	Σινάνδρου
ΔΙΚΤΥΝΝΑΙ	Δικτύννᾳ.

156.

Ibidem, in oppido, ad casam quandam, in parvula basi quadrata.

ΕΥΑΝοΡΕΑΚΑΙΓοΡΓΩΚοΡΑΙ	Εὐανορέα καὶ Γοργὼ Κόρᾳ.

Addere huic titulo juvat aliud fragmentum ejusdem generis, quod reperi in muro fontis prope aedem τῶν Ἁγίων Ἀναργύρων, extra oppidum.

ΙΙΩΚΟΡΗΙ	. . . . . ιὼ Κόρῃ.

157.

Ibidem, ad murum praedictae aedis τῶν Ἁ. Ἀναργύρων, in parva stela marmoris albi.

ΒΟΥΛΕΥΤΙΝΕ	Βουλευτῖνε
ΧΡΗΣΤΕ	χρηστὲ
ΕΥΣΕ . . ΣΤΑΤΕ	εὐσε[βέ]στατε
ΠΑΝΤΩΝΥΓΙΑΙΝΕ	πάντων ὑγίαινε.

Titulus est sepulcralis, aetatis Romanorum. Nomen Buleutinus alibi non obvium.

158.

Ibidem, in oppido, ad aedem τῆς Θεοτόκου, a castello septentrionem versus, in magna tabula marmorea, sed vehementer attrita, literis minutis lectuque difficillimis. Inde a v. 13 dexter lapidis margo praefractus est.

ΕΔΟΞΕΝΤΗΙΒΟΥΛΗΙΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΜΟΣΧΙΩΝΜΕΝΕΤΟΥ
. . ΠΕΝΠΡΟΓΡΑΨΑΜΕΝΩΝΕΙΣΤΗΝΒΟΥΛΗΝΤΩΝΣΤΡΑ
. ΗΓΩΝΥΠΕΡΤ . . . . ΥΠΑΛΑΙΕΩΝ
. ΤΙΑΣΤΥΠ . . . . ΘΟΙΚΑΙΦΙ
. ΟΙΤΟΥ . . . . ΛΙΣΤΑΤΩΝ
. ΡΕ . . . . ΤΩΝΠΕ
. ΑΤ . . . . ΣΙΑΙΣΑ
. . . . ΤΩΝΠΛΟΙ
. ΟΝ . . . . Ε· ΙΤΟΥΣ
ΜΕ . . . . ΣΚ . ΑΝΟΣ
ΩΣ . . . . ΣΕΣΘΑΙ
ΤΟΥΣ . . . . ΑΣΤΥ . .
ΛΑΙΕ . . . . ΕΧΕΙΝΤΩΝΕΚΤΗΣ .
ΛΑΣ . . . . ΘΕΤ . ΣΕΝΑΥΤΩΙΕΓ . . . .
ΓΛΕΥ . . . . ΕΙΡΑΤΩΝ . . . ΕΠΙΤΗΝ . . . . .
. ΕΤ . . . . Ο . . ΣΑΜΕΝΩΝΕΚΤΗΣΦΥΓ . . . . . .
ΔΙΔΟΣΙ . . . . ΙΕ.ΟΥΤΗΣΑΡΤΕΜΙΔΟΣΤΗΣΑ . . . .
ΧΙΑΣΙΑ . . . . ΕΡΑΤΕΚΑΙΔΟΥΛΑΔΙΑΡΠΑΣΑΙ . . .
ΔΕΚΑΙΤΑ . . . . . . Γ · ΑΤΟ . . . ΤΩΝΕΝΤΩΙΧΩΡΙΩΙ . . . .
ΤΟΙΣΓΕΡ . . . . ΟΙΣΤΟΠΟΙΣ . . . . . ΥΠΑΛΑΙΕΙΣΣΤ . . .
ΤΕΣΤΟΙΣ . . . . . . ΩΝΠΡΟΠΑ . . . . . . ΕΝΟΙΣΕΠΕΡ . . . .
ΕΠΑΥΤΟΥΣΟΙΠΑΡΑΚΑΛΟΜ . . . . . . ΙΒΙΩΙΟΥΤΗΣ . . . .
ΟΥΤΕ · ΥΧΗΣΕΦΕΙΣΑΝΤΟΔΙ . . . . ΕΥΣΑΝΤΕ . . . . . .
ΤΟΥΣΠΕΙΡΑΤΑΣΕΚΤΟΥΓΕ . . . . ΑΓΩΝΟΣ . . . . . .
. ΑΝΤΩΝΕΙΝΑΝ . . ΟΝΚΑΤΑ . . . . . ΙΣΤΟΝΤΟΥ . . . . .
. ΑΣΕΝΤΑΣΤΩ . . . ΕΤΕΡΩ . . . . ΟΝ . . . .
. ΑΣ⊢ · ΛΛ · ΘΝΙ · Ε · ΡΑΤΩΝΠΛ . . . . ΤΑΝ . . . .
. ΑΧϹ ΝΤΩΝΕΙΣΤΗΝΠΟΛΙ . . . . . . ⋗ΑΣ . . . .
ΜΕΝΔΗΣΙΑΣΚΑΙΚΑΚΟΥΡΓϹ . . . . . . ϽΡΙ . . . .

. ΑΑΞΙΩΣΤΗΣΕΑΥΤΩΝΜ. . . . .
ΗΜΕΤΕΡΑΣΧΩΡΑΣΓΕΓΟΝ. . . . .
. ΝΟΙ . ΤΕΣΟΝΤΑΙΣΗΜΕΤΕΡ. . . . .
ΜΕΛΕΙΑΝΑΝΑΛΑΒΟΝΤΕΣ. . . . .
ΚΑΙΧΟΡΗΓΟΥΝΤΕΣΠΑΝΤΑΟ . . . .
ΠΡΟΣΤΕΤΗΝΚΑΘΗΜΕΡΑΝ. . . . .
. ΑΤΟΣΕΥΣΧΗΜΟΣΥΝΗΝΕΙ. . . . .
. ΣΠΕΡΙΤΩΝΙΔΙΩΝΤ . . . ΩΝ . . . .
. . ΠΑΣΜΕΝΩΝΕΛΕΥΘΕΡ . . . .
. ΗΣΤΕΚΑΙΠΑΙΔΕΙΑΣΩ. . . . . ,
. ΟΤΑΣΤΩΝΗΜΕΤΕΡ. . . . .
. ΗΚΟΝΤΩΝΔΙΑΤΗΝ . . . .
. ΟΣΤΕΠΡΟΣΑΥΤΟΥΣΤ. . . . .
. ΝΕΝΕ . . . .

Titulus admodum memorabilis, si integer foret, vel si tantum ea pars, cujus adhuc vestigia supersunt, accuratius transscribi potuisset: id quod fortasse alicui succedet, cui lapidem perincommode muro infixum inde licuerit eximere et in meliore collocare luce. Decretum non esse ipsorum Astypalaeensium, manifestum est, sed factum in honorem eorum ab Ionica aliqua civitate vel insula. Agitur autem in eo de piratis, qui delubrum aliquod Dianae Mendesiae, nescio ubi situm, diripuisse, et in quibus repellendis et persequendis Astypalaeenses amicis suis auxilium praestitisse videntur. Similis igitur argumenti hunc titulum esse existimo atque decretum Syriorum de Onesandro Siphnio (C. I. n. 2347. *c.*), vel decretum Amorginorum Aegialensium quod primus edidi in Actis Soc. Gr. Lips. II. p. 77. Initium decreti sic fere restitui potest:

Ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· Μοσχίων Μενέ[σ]του (?]
εἶ]πεν, προγραψαμένων εἰς τὴν βουλὴν τῶν στρα-
τ]ηγῶν ὑπὲρ τ[ῆς πόλεως καὶ τοῦ δήμου? τοῦ Ἀστ]υπαλαιέων,
ὅ]τι Ἀστυπ[αλαιεῖς ἄνδρες γεγένηνται ἀγα]θοὶ [κ]αὶ φί-
λ]οι τοῦ [δήμου τοῦ cett.

Ex iis quae sequuntur usque ad v. 15, non multa extricari possunt. Verss. 6. 7 fit prima mentio τῶν πε[ιρ]ατ[ῶν]. V. 8 legitur πλοῖ[ον] vel πλοί[ων]. V. 15. 16 conjicere possis: [τῶν π]ειρατῶν [τῶν] ἐπὶ τὴν [ἡμ]ετ[έραν χώραν προσ]ο[ρμι]σαμένων ἐκ τῆς φυγ[ῆς]. Deinde sequitur v. 17: [ἱ]ε[ρ]οῦ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς [Μενδησ]ίας· nam Mendesiam esse Dianam, non Munychiam patet e versu 29. Proximo versu (18) habemus: [σώματα ἐλεύθ]ερά τε καὶ δοῦλα διαρπάσαι sive διαρπάσα[ντες]· cf. tit. Syrium in C. I. n. 2347.

c. v. 25 et tit. Amorginum l. l. v. 7. Reliquis non amplius immorandum duco, propterea quod neque res qualis fuerit neque quo in loco gesta sit, satis clare perspici potest. Proelium autem admodum acre cum piratis consertum fuisse (ab Astypalaeensibus, credo), manifestum est e versu 23: οὔτε [ψ]υχῆς ἐφείσαντο, et e v. 24: τοὺς πειρατὰς ἐκ τοῦ γε[νομένου] ἀγῶνος. Captivos autem, quos piratae ex alia, quaecumque illa est, abduxerant insula, ab Astypalaeensibus suspicor fuisse liberatos et hospitaliter tractatos (cf. v. 33. 34: ἐπιμέλειαν ἀναλαβόντες et χορηγοῦντες πάντα), donec redire in patriam possent; quamobrem a socia civitate meritis afficiuntur honoribus et gratiarum actione.

159.

Ibidem, in oppido, in casa quadam ad viam, quae ad portam castelli ducit. Literatura est elegans, saeculorum Macedonicorum; ⊙ et ο reliquis sunt elementis aliquanto minora, sicut in praecedente tit. n. 166. Quantum spatii ad sinistram intericrit, non liquet.

— — — — — — — — ΝΙοΝΠΕΡΙΤοΝΔΑΜοΝ
— — — — οΝΗΙΠΑΣΙΝοΤΙοΔΑΜοΣ
— — — ⊙οΣΑΝΔΡΑΣΚΑΤΑΔΥΝΑΜΙΝ
— — — Σ⊙ΑΙΕΠΙΣΤΑΤΑΙ\οΔ·ΑΙΡΕ⊙ΕΙΣ
— — — οΨΑΦΙΣΜΑΤοΔΕΣΣΤΗΛΑΝΛΙ⊙ΙΝΑ·
— — ΤοΙΕΡοΝΤοΥΑΣΚΛΑΠΙοΥΤοΔΑΝΑΛΩ·
— — — ΤΑΜΙΑΙΔοΝΤΩΔΕΚΑΙΤοΕΣΤοΝΣΤΕ
— — — ΙΠοΛΥΚΛΕΙΑΜΦΙΑΙΑΝΑΞΙΠοΛΕ·
— — — — οΤΩΝΙΕΡΩΝΧΡΗΜΑΤΩ· · · · · ·
— — — — — — ⊙οΔοΝΕΔοΞΕΣΤΕΦΑΝ. . .
— — — — — — — ΓΝοΤΕΛΕΥΣ

. . . . περὶ τὸν δᾶμον, [ὅπως γνωστ]ὸν ἦ πᾶσιν ὅτι ὁ δᾶμος [τὸς ἀγα]θὸς ἄνδρας κατὰ δύναμιν [. . . . . .]σθαι ἐπίσταται· ὁ δ[ὲ] αἱρεθεὶς [ἀναγραψάτω τ]ὸ ψάφισμα τόδ' ἐς στ[ά]λαν λιθίνα[ν καὶ στησάτω ἐς] τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκλαπιοῦ· τὸ δ' ἀνάλω[μα δόντω οἱ] ταμίαι· δόντω δὲ καὶ τὸ ἐς τὸν στέ[φανον . . . .], Πολυκλεῖ, Ἀμφίᾳ, Ἀναξιπολέ[μῳ . . . . ἀπ]ὸ τῶν ἱερῶν χρημάτω[ν τῶν ἐψαφισμένων ἐς ? τόθοδον. Ἔδοξε στεφαν]ῶσαι· ἠρέθη . . . . Ἀ]γνοτέλευς.

Supplementa addidi non omnia quidem certa, sed tamen probabilia. Nam major decreti pars intercidit: non solum praescriptum cum tota protasi, quae continebat nomen ejus qui rogationem tulerat, et nomen atque merita ejus, cui corona decernebatur; sed etiam initium apodosis (δεδόχθαι cett.). Delubrum Aesculapii (v. 6) apud Astypalaeenses fuisse innotuerat jam ex aliis titulis a Villoisone transscriptis, C. I. n. 2485 2491.

160.

Ibidem, in oppido, ad portam arcis, ubi lapis inversus muro inaedificatus est. Eundem titulum, a Villoisone transscriptum, ediderunt jam Osann. Syll. p. 391 n. XXIV, et Boeckh. C. I. n. 2495; sed clarissimus ille Gallus mira oscitantia versuum ordinem plane convertit, dum qui versus in lapide inverso summus est, sed inversus, eum etiam in antigrapho suo summum, sed rectis pedibus incedentem reddit. Quod quo clarius pateret, in dextro margine antigraphi nostri numeros versuum, quo ordine apud Villoisonem se excipiunt, apposuimus.

ΑΣΤΥΠΑΛΑΙΕΩΝ.	(6)	Ἀστυπαλαιέων [ἁ βουλὰ
ΚΑΙΟΔΑΜΟΣΑΥΤΟΚΡΑ. .	(5)	καὶ ὁ δᾶμος Αὐτοκρά[το-
ΡΑΚΑΙΣΑΡΑΛΟΥΚΙΟΝΑΥΡΗΛΙ	(4)	ρα Καίσαρα Λούκιον Αὐρήλι-
ΟΝΟΥΗΡΟΝΣΕΒΑΣΤΟΝΑΡ	(3)	ον Οὔηρον Σεβαστὸν Ἀρ-
ΜΕΝΙΑΚΟΝΤΟΝΣΩΤΗΡΑΚΑΙ	(2)	μενιακὸν τὸν σωτῆρα καὶ
ΕΥΕΡΓΕΤΑΝΤΑΣΠΟΛΙΟΣΑΜΩΝ	(1)	εὐεργέταν τᾶς πόλιος ἁμῶν.

Cf. supra n. 153. *a.* similem titulum statuae M. Aurelio Antonino positae.

161.

Ibidem, in muro castelli extra portam. Titulum in C. I. n. 2490 editum h. l. repetimus, idcirco quod in illo antigrapho (Villoisonis) versus 4 et 5 omissi sunt. Praeterea monendum, ultimos tres versiculos, minoribus literis et negligentius exaratos, ab alia manu posthac esse additos.

ΙΕΡΟΦΩΝΤΟΣ
ΤΟΥ
ΑΡΧΕΜΗΝΙΔΑ
ΚΑΙ
ΝΙΚΟΣΘΕΝΕΥΣΤΟΥ
ΑΡΧΕΜΗΝΙΔΑ

Ἱεροφῶντος τοῦ Ἀρχεμηνίδα
καὶ Νικοσθένευς τοῦ Ἀρχεμηνίδα.

162.

Ibidem, in oppido, prope introitum castelli, super ostium domus privatae. Lapis est integer, et a summo ad calcem inscriptus; sed adeo incommode collocatus, ut vix primos versus transscribere sustinuerim.

Θ Ε Ο Ι *(Singulae literae intra coronam).*

.ΔΟΞΕΝΤΩΙΔΗΜΩΙΣΤΡΑΤΗΓΩΝΚΑΙΛΕΥΚΙΟΥΤΟΥΔΙΟΝ. . .
.ΥΓΝΩΜΗΙΕΠΕΙΔΗΤΟΥΔΗΜΟΥΠΕΜΨΑΝΤΟΣΕΙΣΑΣΤΥΠ. . . . . .

..ΚΑΣΤΑΣΕΓΟΝΛΕΥΚΟΝΔΙΟΝΥΣΙΟΥΑΙΤΗΣΟΜΕΝΟΝΔ......
..ΟΔΗΜΟΣΟΑΣΤΥΠΑΛΑΙΕΩΝΕΥΝΟΥΣΚΑΙΦΙΛΟΣΥΝ......

cett.

Θ ε ο ί.

Ἔ]δοξεν τῷ δήμῳ, στρατηγῶν καὶ Λευκίου τοῦ Διον[υσί-
ο]υ γνώμῃ· ἐπειδὴ τοῦ δήμου πέμψαντος εἰς Ἀστυπ[άλαιαν
δι]καστὰς *cett.*

Decretum est Ionicae alicujus civitatis, quae quum ex foedere judices in Astypalaeam misisset, probabile est eos judices ab Astypalaeensibus propter honestam officii sibi dati gestionem honoribus et praemiis auctos a patria quoque civitate impetrasse, ut praemia in se collata rata haberentur : quemadmodum fieri solitum videmus ex tit. Andrio, edito a Ph. Lebas, Inscr. Gr. et Lat. n. 175 (Vol. II. p. 58 sqq.), ubi doctus editor in annotationibus complures alios similis argumenti titulos laudavit. Ad eandem titulorum classem pertinet etiam hic : quem quum ipse totum exscribere non potuerim, certe aliis, qui post nos Astypalaeam adibunt, commendatum volui.

163.

In *Astypalaea* insula, tribus fere ab oppido horis orientem versus, est inter montes convallis saxosa, quae appellatur 'ς τὸ Ἀγριελίδι (hoc est, ἄγριον ἐλαΐδιον). Ibi, inter plurima alia antiquarum habitationum vestigia, reperimus ante aediculam D. Ioannis fragmentum coronae Doricae cum triglyphis, hoc titulo ornatum.

ΜΗΛΙΧΟΣΙΑΣΙΚΛΕΥΣΑΓΟΡΑΝΟΜΗΣΑΣΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣ
ΥΠΟΤΟΥΔΑΜΟΥΘΑΛΛΟΥΣΤΕΦΑΝΩΙΤΩΙΕΚΤΟΥΝΟΜΟΥ
ΣΤΕΦΑΝΩΘΕΙΣΔΕΚΑΙ. .ΛΟΙΣΣΤΕΦΑΝΟΙΣΧΡΥΣΕΟΙΣΔΥΣ.
...ΘΕΙΣΔ...ΙΕΙΚΟΝ.ΛΛΕ.ΑΙΔΙΙΣΩΤΗΡΙΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙ.

Μήλιχος Ἰασικλεῦς ἀγορανομήσας καὶ στεφανωθεὶς ὑπὸ τοῦ δάμου θαλλοῦ στεφάνῳ τῷ ἐκ τοῦ νόμου, στεφανωθεὶς δὲ καὶ [ἄλ]λοις στεφάνοις χρυσέοις δυσ[ὶ, τιμη]θεὶς δ[ὲ κα]ὶ εἰκόν[ι χ]αλ[κέ]ᾳ, Διῒ Σωτῆρι καὶ τῷ δάμῳ.

Agoranomos Astypalaeae, si magistratum bene gessissent, saepe a populo coronis et statuis honorari solitos, cognitum habemus e duobus titt. in C. I. n. 2483. 2484 editis. — In eadem ecclesia inaedificatum est fragmentum tituli (ut puto) Christiani : cujus specimen vide in tab. lithogr.

164.

Ibidem, in eodem loco, ubi titulus praecedens, inter rudera magnae et vetustae aedis D. Antonii, in

grandi trabe marmorea. In sinistra parte ejusdem marmoris alius similis inscriptus fuit titulus, sed adeo evanuit, vix ut singula quaedam vocabula dignosci possint.

. . . . .ΑΙΛΑΙΑΡΧΕΜΗΝΙΔΑΝ
. . . ΔΙΠΟΖΑΝΒΕΒΑΚΑΤΑΝΥΠΟΧΘΟΝΙ
. . . . . ΣΥ . ΑΥΤ . . ΘΕΑΝΕΥΚΛΕΕΣΤΑΤΑΝ
. . . . .ΩΝΠΟΛΙΤΑΣΕΣΘΛΟΣΑΛΛΑΚΑΙΘΑΝΩΝ
ΓΕΓ . . . .ΠΑΤΡΟΣ . ΛΛΕΑΝΤΕΘΙΜΕΝΟΣ
. . ΤΙ\ΙΟΙΣ . ΛΕΛΦΘΥΤ . ΕΣΤΙΝΕΥΚΛΕΕΣΤΑΤΑΝ
. . . . Τ . Σ . ΟΙΤ . ΛΒΩΛΟΣ . . ΣΤΕΩΝΔΑΠΟ
. ∠ . . . . . ΟΣ . ΑΚΑΙΠΟΝΑΝΘΕΣΙΝΒΡΥΟΙ

Epigramma est iambicum, quale habetur etiam inter inscriptiones Amorginas (supra n. 118). Archemenidae nomen inter insignes Astypalaeensium viros novimus e tit. 161.

NISYRUS.

Nisyri insulae antehac nullae inscriptiones fuerunt notae. Eorum quos nunc edo titulorum priores tres ipse transscripsi; reliquos, quos sub n. 168 conjunxi, praeter unum a *Brockio* hypotrierarcha Reginae Britanniarum accepi.

1 6 5.

Nisyri, in facie exteriore muri antiquae arcis, super hodiernum oppidum Mandraki, ad dextram portae. Titulus literis plus quam digitalibus in ipsis saxis quadratis exaratus occupat angulum muri et turris prominentis, ita ut dimidia inscriptio in muro legatur, dimidia vero in turre. (Vide tab. lithogr.).

:ΑΠΟΤΟΤΕΙΧΕ . .
ΔΑΜΟΣΙΟΝΤΟΧ:ΩΡΙΟΝΠΕΝΤΕΠΟΔ . Σ

Ἀπὸ τοῦ τείχε[ος] δαμόσιον τὸ χωρίον πέντε πόδ[α]ς.

Non ausus sum scribere τῶ pro τοῦ, propterea quod omega in hoc ipso titulo jam habetur (in χωρίον): unde, si dialectus Nisyriorum severiorem illam postulabat formam, in lapide quoque pro ΤΟ positum foret ΤΩ. Praeterea etiam in titulo sequente, quamquam aliquanto recentiore, genitivos habemus desinentes in ΟΥ (v. 9. 10. 13). Cautum autem erat hac inscriptione, ne propter murum casas aedificarent arboresve sererent: quominus hostibus escendendi per eas in moenia potestas fieret.

166.

Ibidem, in oppido Mandraki, ad aedem Beatae Virginis , in stela marmorea alba.

ΒΑΣΙΛΕΥΣΦΙΛΙΠΠΟΣΝΙΣΙΡΙΟΙΣΧΑΙ
ΡΕΙΝΑΣΦΕΣΤΑΛΚΑΚΑΛΛΙΑΝΠΡΟΣ
ΥΜΑΣΟΝΤΑΚΑΙΗΜΙΝΣΥΝΗΘΗΚΑΙΥ
ΜΕΤΕΡΟΝΠΟΛΙΤΗΝΙΕΙΔΩΣΔΕΛΥΤ
ΟΝΕΥΝΟΥ. . ΙΤΑΤΗΙΠΟΛΕΙΚΑΙΠΟΛΛ
ΑΚΙΣΥΠΕΡΥΜΩΝΔΕΞΙΩΣΕΜΕΝΟΝΠΡΟ
ΣΕΜΕΕΝΤΕΤΜΙΝΠΑΡΑΥΤΩΙΔΗΑΝΓΕΙΛΑ
ΙΥΜΙΝΑΝΒΟΥΛΟΜΗΝΥΜΑΣΕΙΔΗΣΑΙ
ΕΠΙΛΥΣΙΚΡΑΤΕΟΣΔΑΜΙΕΡΓΟΥ
ΜΗΝΟΣΚΑΡΝΕΙΟΥΙΚΑΔΙ
ΕΔΟΞΕΝΤΩΙΔΑΜΩΙΒΟΥΛΑΣΓΝΩ
ΜΑΕΠΕΙΔΗΚΑΛΛΙΑΣΠΑΡΕΣΤΙ
ΠΑΡΒΑΣΙΛΕΩΣΦΙΛΙΠΠΟΥΓΡΑΜ
ΜΑΤΦΕΡΩΝΚΑΙΣΦΡΑΓΙΔΑΤΑΝ
ΒΑΣΙΛΕΩΣΚΑΙΑΠΑΓΓΕΛΛΩΝ
ΔΕΔΩΚΕΝΒΑΣΙΛΗΑΜΙΝΝΟΜΟΙΣ
ΤΟΙΣΠΑΤΡΙΟΙΣΚΑΙΥΠΑΡΧΟΥΣΙΝ
ΧΡΗΣΘΑΙΔΕΔΟΧΘΑΙΝΙΣΥΡΙΟΙΣ
. . ΩΣΚΑΛΛΙΑΣΑΠΑΓΓΕΛΛΕΙ
. . . . ΧΡΗΣΘΑΙΑΠΑ

(Reliqua desunt.)

Βασιλεὺς Φίλιππος Νισυρίοις χαίρειν. Ἀφέσταλκα Καλλίαν πρὸς ὑμᾶς, ὄντα καὶ ἡμῖν συνήθη καὶ ὑμέτερον πολίτην, εἰδὼς δὲ αὐτὸν εὔνου[ν ὄν]τα τῇ πόλει καὶ πολλάκις ὑπὲρ ὑμῶν δεξιωσ[ά]μενον πρὸς ἐμὲ ἔν τε ὑμῖν παρ' αὐτῷ δὴ ἀνγεῖλαι ὑμῖν ἃ [ἐ]βουλόμην ὑμᾶς εἰδῆσαι.

Ἐπὶ Λυσικράτεος δαμιεργοῦ, μηνὸς Καρνείου ἰκάδι· Ἔδοξεν τῷ δάμῳ· βουλᾶς γνώμα· ἐπειδὴ Καλλίας πάρεστι παρ βασιλέως Φιλίππου γράμματα φέρων καὶ σφραγῖδα τὰν βασιλέως καὶ ἀπαγγέλλων δεδωκέν[αι] βασιλῆ ἁμῖν νόμοις τοῖς πατρίοις καὶ ὑπάρχουσιν χρῆσθαι· δεδόχθαι Νισυρίοις, [ὅπ]ως Καλλίας ἀπαγγέλλει, [τοῖς νόμοις] χρῆσθαι ἅπα[σιν ?] — — — —

Inscriptio haecce duabus constat partibus. A v. 1 ad 8 continentur literae a Philippo Demetrii f. Macedonum rege ad Nisyrios missae, quibus iis legatum suum Calliam, ex ipsa Nisyro oriundum, commendat; deinde sequitur plebiscitum Nisyriorum. Datae autem hac literae videntur esse tempore belli a Philippo

contra Rhodios Attalumque suscepti, non multo ante vel post pugnam navalem ad Chium, Olymp. 145 anno 2 (cf. *Schorn, Gesch. von Griechenl. p.* 215 *seqq.*): quo tempore Philippus plerisque Cycladum et reliquarum minorum insularum per Dicaearchum Aetolum aliosque fuerat potitus (Polyb. 18, 37. Liv. 31, 15). Neque in singulis quidquam est difficultatis, nisi quod v. 7 et 8 aut verborum structura paullo est turbatior, aut ipse in transscribendo aliquid admisi erroris. Sed quum non perspiciam, ubi subsistat mendum quove modo expediri possit, nihil temere mutandum esse duxi. Infinitivus aoristi εἰδῆσαι alibi non videtur obvius esse. Inde a v. 9 incipit decretum Nisyriorum, moderato Dorismi genere conceptum, qualis habetur etiam in titulis Cois (cf. infra n. 175.) Magistratus eponymus est δαμιεργὸς (δαμιουργὸς, δαμιωργὸς), ut apud Cnidios (C. I. n. 2653): quae appellatio documentum est affinitatis cum Argivis (Boeckh ad l. l. et vol. I. p. 594), a quibus etiam Nisyrum occupatam quum ex narratione Diodori (5,54) probabile est (Herodotus 5, 99 Epidaurios fuisse dicit) tum confirmatur nomine oppidi Ἄργος (Steph. s. v.) cujus rudera in occidentali insulae plaga hodieque visuntur (cf. nostrum Peripl. Insull. II. epist. 19. not. 21). Neque vehementer pugnaverim, si quis damiurgi appellationem jam a Doriensibus Thessalisve putet repetendam (cf. Boeckh. ad C. I. n. 4. vol. I. p. 11), qui Thettalum Herculis filium in hanc et vicinas insulas fuerint secuti (Diod. l. l.). Quamquam Carneus mensis (v. 10.) magis pro Doriensibus facere videtur. V. 13 habetur πὸρ pro παρὰ, ut in tit. Coo infra n. 175. V. 16 est βασιλῆ, forma contracta.

167.

Ibidem, in basi rotunda, prope rudera parvi templi, inter ruinas veteris oppidi.

ΖΩΣΙΜΗΝΕΠΑΦΡΑ	Ζωσίμην Ἐπαφρᾶ
ΑΝΤΙΟΧΙΔΑ	Ἀντιοχίδα.

Lapis mulierculae statuam sustinuisse videtur, in templo dedicatam. Ἐπαφρᾶς est forma contracta pro Ἐπαφρόδιτος.

168.

Conjunximus sub hoc numero titulos sepulcrales, quos (praeter *g*) a Brockio Anglo accepimus.

a.	. . ΥΞΙΠΠΟΥ	*a.*	Ζε]υξίππου
	ΚΥΔΡΟΓΕΝΕΥΣ		Κυδρογένευς.
b.	ΚΛΕΙΤΩΝ	*b.*	Κλείτων
	ΚΑΛΛΙΟΣ		Κάλλιος.
c.	Σ Ι Μ Ι Α	*c.*	Σιμία
	ΤΟΥΔΑΜΩΚΡΙΝΕΥΣ		τοῦ Δαμ[ο]κρίνευς.
d.	CΙΛΤΩΝΟΣΤΟΥΓΟΡΓΙΔΑ	*d.*	Φ]ίλτωνος τοῦ Γοργίδα
	ΤΟΥΦΙΑΤΩΝΟΣ		τοῦ Φίλτωνος.

e.	ΑΡΙΣΤΙΩΝ	*e.*	Ἀριστίων
	ΓΑΣΩΝΟΣ		Π]άσωνος
	ΤΟΥΕΜΒΡΟΤΟΥ		τοῦ Ἐμβρότου.
f.	ΚΡΥϹΟΥ	*f.*	Κρύσου
	ΚΑΙΛΓΑΘΟΥΔΟϹ		καὶ ['Α]γαθοῦδος ?
	ΚΑΙΧΡΥϹΟΥΤΟΥ		καὶ [Κ]ρύσου τοῦ
	ΤϾΚΝΟΥΑΥΤѠΝ		τέκνου αὐτῶν.
g.	ΕΡΜΟΦΑΝΗ	*g.*	Ἑρμοφάνη.

Tituli *a.* et *c.* antiquiores videntur esse quam n. 166, propter terminationem genitivi in ευς, quae in hoc est εος. In tit. *b.* quod habetur ΚΑΛΛΙΟΣ, genitivus est a nominativo ΚΑΛΛΙΣ, nato e contractione pro ΚΑΛΛΙΑΣ. Alia exempla vid. ap. Franz, Epigr. Gr. p. 248. — Nomen Κρύσου in tit. *f.* peculiarem formam suspicor esse pro Κροίσου (quemadmodum ΚΡΟΕΣΟΣ habetur in vasculo antiquo, *Mon. Ined dell' Inst. Arch. I. tab. 54)*; sed nomini Ἀγαθοῦδος quid faciam, nescire me fateor: quamobrem intactum reliqui. Matris nomen in eo latere manifestum est; unde promptum erat corrigere Ἀγαθοῦς, ut esset a casu recto Ἀγαθώ.

TELUS.

169.

Telii hujus tituli antigraphum accepimus a Viro Fortissimo *Brockio* Reginae Britanniarum hypotrierarcha, qui lapidem in oppido Teliorum scalae alicui inaedificatum repererat.

ΕΤΗΛΙΟΙΣΙΕΡΑΠΟΛΟΥΙΝΠΜΟΠΕΙΔΗΑΡΙΣΤΟΜΕΝΗΣΡΙΣ
ΟΥΛΟΥ·ΗΛΙΟΣΕΝΓΕΤΩΙΠΡΟΤΕΡΟΝΧΡΟΝΩΙΑΝΗΡΑΓΑΘΟΣ
ΕΤΕΛΕϹΙΙ·ΡΙΤΟΝΔΑΜΟΝΤΟΝΤΗΛΙΩΝΓΟΛΛΑΣΚΑΙΜΕΓΑΛΑΣ
ΣΤΩΙΚ...ΓΑΡΕΧΑΜΕΝΟΣΑΙΡΕΘΕΙΣΤΕΙΗΡΑΠΟΛΟΣΕΠΙΕΡ
ΩΚΡΙΤΟΥΡ·ΕΚΑΤΤΑΣΜΟΦΟΔΟΥΣΚΑΙΤΑ..ΕΛΕΣΜΑΤΑΟ
ΔΙΚΑΙΣΣ....ΟΝ..ΙΗΣΕΣΕΙΣΜΟΥΤΕΓΡΝΟΜΕΝΟΥΚΑΟΡ
ΙΤΩΝΤΕΙΚΕΩΝΚ...ΤΩΝΓΥΡΓΩΝΔΑΙΣΕΙΣΘΕΝΤΟΝΓΑΣΑΝ
ΝΚΑΙΨΙΛΟΤΙΜΙΑΝΕΓΟΗΣΑΤΟΑΝΟΙΚΟΔΟΜΗΘΗΜΕΙΝ
ΠΟΤΙΑΣΟΜ.ΝΑΣΙΠΙΣΚΕΥΑΣΚΑΛΟΣΚΑΙΛΥΕΙΤΕΛΟΣΣΟΥΜϹ

NOMEN..ΙΣΙΑΥΤΑΤΕΛΕΣΜΑΤΑΔΙΔΟΥΣΑΠΡΟΦΑΣΙΣΤΟΣΑΛ
ΙΚΛΟΑ...ΝΧΡΕΙΑΝΕΝΓΑΖΝΕΚΤΕΝΗΓΑΡΧΟΜΕΝΟΣΚΑ
ΛΕΤΟΤΙΣΤΑΝΓΟΘΟΔΟΝΤΑΣΙΕΡΑΣΚΑΤΑΦΘΕΙΡΑ
ΓΟΗΣΑΜΕΝΟΣΚΚΑΙΤΟΓΟΜΤΙΝΩΝΑΦΑΣΑΤΕ
ΙΤΟΚ...ΙΣΤΑΛΛΑΙΕΡΑΤΑΕΧΟΥΟΜΕ
ΣΤΑ..ΓΟΘΟΔΟΝΓΙΝΕΣΘΑΙΑΓΟΤΟ
ΛΙΚΗΣΑΙΓΑΣΑ

(*Multa desiderari videntur.*)

Ἔδοξ]ε Τηλίοις, ἱεραπόλου [γ]ν[ώ]μ[η· ἐ]πειδὴ Ἀριστομένης [Ἀ]ρισ-
τοβ]ούλου [Τ]ήλιος ἔν [τ]ε τῷ πρότερον χρόνῳ ἀνὴρ ἀγαθὸς
διατ]ετέλε[κε πε]ρὶ τὸν δᾶμον τὸν Τηλίων, πολλὰς καὶ μεγάλας
χρεία]ς τῷ κ[οινῷ] παρεχ[ό]μενος, αἱρεθείς τε ἱ[ε]ραπόλος ἐπι..
...Θεο]κρίτου........... καὶ τὰ [τ]ελέσματα ο
..............·[ἐ..]ησε· σεισμοῦ τε γ[ε]νομένου κα[ρτε-
ροῦ κα]ὶ τῶν τει[χ]έων κ[αὶ] τῶν πύργων διασεισθέντ[ω]ν πᾶσαν
πρόνοια]ν καὶ [φ]ιλοτιμίαν ἐποήσατο ἀνοικοδομηθῆμεν.....
....τὰ] ποτι[δε]όμ[ε]να [ἐ]πισκευᾶς καλ[ῶ]ς καὶ λυ[σ]ιτελ[ῶ]ς, οὐ μό-
νον τὰ γε]νόμεν[α ε]ἰς [τ]αῦτα τελέσματα διδοὺς ἀπροφάσιστος, ἀλ-
λὰ κα]ὶ..... χρείαν ἐν πᾶ[σι]ν ἐκτενῆ παρ[ε]χόμενος κα
.... τὰν πόθοδον τᾶς ἱερᾶς καταφθεῖρα[ι
.... ποησάμενος καὶ.............
.... κ[αὶ ε]ἰς τἆλλα ἱερὰ τὰ ἐχθυόμε[να.
.... τὰν πόθοδον γίνεσθαι ἀπὸ το[ῦ.
....

Decretum est Teliorum de honoribus Aristomeni cuidam Aristobuli filio publice tribuendis, qui et aliis rebus de civitate bene meruerat, et sacro ἱεραπόλου magistratu functus fuerat. Documento autem est hoc ἱεραπόλου nomen affinitatis inter Telios et Gelenses Siciliae; nam coloniae a Lindiis Gelam deductae etiam Telii nonnulli dicuntur fuisse participes (Herodot. 7, 153; cf. *R. Rochette, Colon. Gr.* III. 247), Gelensium autem magistratum eponymum fuisse ἱεραπόλον marmoribus eorum edocemur (*Franz, Epigr. Gr. p.* 324, a quo citatur *Maffei Mus. Veron. p* 329). — Inde a v. 5 inscriptio nostra valde est lacera, neque integram restituere valui. Τελέσματα (v. 5 et 10) sunt τέλη, συνεισφορά, ut ap. Luc. Saturn.

35 extr. In versu 10 intactum reliqui adjectivum ἀπροφάσιστος, pro adverbio ἀπροφασίστως. V. 14 dedi ἐχθυόμενα pro ἐκθυόμενα, secundum pronuntiandi rationem, quemadmodum in tit. Syrio C. I. n. 2347. *c.* occurrit ἐγδότης pro ἐκδότης, et alibi plurima similia. Ceterum monendum, in apographo Brockiano pro Π tantum non ubique exhiberi Γ, quod errori transscribentis tribuere non cunctarer, nisi idem observaretur etiam in lapide Coo (infra n. 175) ab alia manu descripto.

COS.

Asclepiadarum Hippocratisque insulam ipse, quod vehementer doleo, adire non potui; quod mihi, ab Astypalaea Nisyroque venienti, quas insulas Turcae tunc, quamvis injuria, de pestilentia suspectas habebant, quindecim dies tanquam in custodia ἄπρακτοι agendi fuissent. Dicuntur certe in ea insula, praeter titulos in C. I. n. 2501—23 editos, plurima hodieque superesse marmora inscripta. Accepi autem a Viro Amicissimo *Thoma Gravi*, Reginae Britanniarum trierarcho, schedas *Helpmanni* hypotrierarchi, quem praematura mors superiori anno Pari degentem abstulit: e quibus schedis hos titulos edimus.

170.

In *Co* insula, in ara rotunda bucraniis et sertis floridis eleganter ornata. Hujusmodi aras, quales etiam Pari, Rhenaeae, Therae et in aliis insulis reperiuntur, non deorum cultui fuisse sacratas, sed pro cippis et stelis in sepulcris (maxime ἡρώοις) collocatas, monui jam in Peripl. Insull. I. p. 36. 37.

ΕΙΡΗΝΑΙ	Εἰρηναί-
ΟΥΤΟΥ	ου τοῦ
ΜΑΚΑΡΙΝΟΥ	Μακαρίνου.
ΙΗΝΩΝΟΣΤΟΥΣΩΠΑΤΡΟΥ	Ζήνωνος τοῦ Σωπάτρου
ΚΑΙΕΥΨΥΧΙΑΣΤΑΣΙΗΝΩΝΟΣ	καὶ Εὐψυχίας τᾶς Ζήνωνος
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ	Ἀλεξανδρέων.

171.

Ibidem, in tribus similibus aris. (Hujusmodi aram cum tit. *a.* expressimus secundum schedas Helpmanni in tab. lithogr.).

b.	*c.*
ΡΟΔΟΚΛΕΙΑΣ	ΕΙΜΑΤΟΥΑΓΗ
ΤΗΣΠΡΩΤΕΑ	ΣΑΝΔΡΟΥ
ΜΙΛΗΛΙΑΣ	ΑΡΩΜΑΤΙΝΗΕ
	ΤΗΣΔΑΜΟΦΩΝΤΟΣ

a. Εὐχαρίστου τοῦ Εὐχαρίστου. Ζῆ.
b. Ῥοδοκλείας τῆς Πρωτέα Μιλησίας.
c. Ἑ[ρ]μᾶ τοῦ Ἀγησάνδρου.
Ἀρωματίνη[ς] τῆς Δαμοφῶντος.

172.

Ibidem, in vico deserto Palaeo Pyli, sub anaglypho aquilae alas aliquantulum expandentis. Donarium est Hecataei cujusdam, somnii monitu fortasse Iovi dedicatum. (Imaginem tituli vide in tab. lithogr.)

Ἑ]κataῖ:ς κατ' ὄνειρο[ν.

173.

Ibidem, ad fontem in hodierno vico Pyli.

.ΥΚΛΕΙΤΟΣΦΙΛΩΝΟΣ	Ε]ὔκλειτος Φίλωνος.
.ΕΝΟΚΛΗΣΠΑΤΑΡΕΩΣ	Ξ]ενοκλῆς Παταρέως.
ΣΕΙΜΑΚΗΣΞΕΝΟΚΡΑΤΕΟΣ	Σειμάκης Ξενοκράτεος.
ΑΡΙΣΤΟΘΕΜΙΣΧΑΡΙΦΩΝΤΟΣ	Ἀριστόθεμις Χαριφῶντος.
ΜΕΛΑΝΘΟΣΑΝΔΡΟΜΕΝΕΟΣ	Μέλανθος Ἀνδρομένεος.
.ΙΚΩΝΝΙΚΑΡΧΙΛΑΙ	Ν]ίκων Νικαρχί[δ]α.
ΠΡΟΝΤΙΦΑΝΗΣΦΙΑΩΝΟΣ	Πρ[ω]τ[ο]φάνης (?) Φί[λ]ωνος.

Fragmentum catalogi hominum Coorum. V. 3 memorabilis est nominis forma Σειμάκης, quam quomodo explicem, non invenio, nisi si ad hodiernam confugere Graecitatem concedatur. Nam hodiernis Graecis diminutiva, nominum maxime propriorum, in άκης formantur, apud Maniatas autem et Cretenses in άκος, e. gr. Παυλάκης, Δημητράκης, Βασιλάκος (a Παῦλος, Δημήτριος s. Δημήτρης, Βασίλειος s. Βασίλης). Eadem ratione Σειμάκης videtur esse factum a Σεῖμος (Σῖμος). Ejus autem terminationis apud veteres jam usitatae vestigium superest in nomine oppidi Parthinorum Βρυσάκιον (Steph. s. v.), quod a vocabulo βρύσις factum esse apparet, quemadmodum hodieque fonticulus βρυσάκι(ον) appellatur. — V. 7 in ΠΡΟΝΤΙΦΑΝΗΣ certum est mendum subesse.

174.

Ibidem, in ecclesia ruinosa, haud procul a vico Pyli.

ΟΧΔΟΤΑΑΙ· ·ΗΡΣL_ΓΣΤΟΛΕΔΑΚΡΥ. . . . . .
ΑΡΠΑΣΑΣΣΑΙΔΑΣΣΑΝΕΜΑΡΑΝΕΝΑΚΜΑΝ
ΣΥΝΚΕΧΥΤΑΙΠΕΝΕΤΑΣΔΕΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΣΚΛΥΤΟΝΕΡΝΟΣ
ΖΑΛΩΤΟΝΠΕΝΨΑΣΦΕΡΣΕΦΟΝΑΣΘΑΛΑΜΟΙΣ
ΑΡΤΙΧΝΟΥΝΓΟΝΕΩΝΕΛΠΙΔΑΓΗΡΑΛΕΗΝ

— — — — — — — τό[δ]ε δάκρυ ∪_∪
Ἁρπάσας σ' Ἀΐδας σὰν ἐμάρανεν ἀκμάν·

Συγκέχυται γενέτας δὲ Ποσείδιππος, κλυτὸν ἔρνος

Ζαλωτὸν πέμψας Φερσεφόνας θαλάμοις,

Ἀρτίχνουν, γονέων ἐλπίδα γηραλέ[ω]ν.

Epigramma est in mortem adolescentis alicujus non inelegans, duobus distichis elegiacis, et uno pentametro abundante compositum. Priorem hexametrum non expedio. V. 5 extremo scripsi γηραλέων, pro ΓΗΡΑΛΕΗΝ quod est in apographo Helpmanni; nam ipsa spes non bene γηραλέα dici videtur.

175.

Ibidem, in vico Antimachi, intra ecclesiam quandam. Supra titulum tres coronae sunt insculptae.

ΕΠΙΜ..ΑΡΧΟΥΝΙΚΟΦΡΟΝΟΣΜΗΝΟ.	Ἐ]πὶ μ.. άρχου Νικόφρονος, μηνὸ[ς
ΑΡΤΑΜΙΤΙΟΥΕΔΟΞΕΤΟΙΚΟΙΝΩ. ..	Ἀρταμιτίου, ἔδοξε τ[ῷ] κοινῷ
ΤΩΝΣΥΜ.ΟΡΕΥΟΜΕΝΩΝΓΑΡΛ	τῶν συμ[π]ορευομένων [π]ὰρ [Δία
ΥΕΤΙΟΝΧΑΡΜΙΓΓΟΣΓΑΡΜΕΝ	Ὑέτιον· Χάρμι[ππ]ος [Π]αρμεν[ίσκου
ΚΑΙΦΙΛΣΤΟΣΦΙΛΙΣΤΟΥΚΑΙΛΧΚ	καὶ Φίλιστος Φιλίστου καὶ Λ[ύ]κ[αι-
ΘΟΣΓΑΡΜΕΝΙΣΚΟΥΕΙΓΑΝΕΓ	θος [Π]αρμενίσκου εἶ[π]αν· ἐ[πει-
ΔΗΝΙΚΑΓΟΡΑΣΘΕΥΔΩΡΟΥΚΑ	δὴ Νικαγόρας Θευδώρου κα[ὶ
ΑΤΚΑΙΘΟΣΑΕΥΚΙΓΓΟΥΓΕΝΟΝ	Λύ]καιθος [Λ]ευκί[ππ]ου γενό[με-
ΝΟΙΕΓΙΜΗΝΙΘΙΑΥΤΕΠΑΓΓΞΛ	νοι ἐ[π]ιμήνι[ο]ι αὐτεπάγγ[ε]λ-
ΤΟΙΤΑΤΕΙΕΡΑΕΞΕΘΥΣΑΝΤΩ	τοι τά τε ἱερὰ ἐξέθυσαν τῷ
ΔΙΙΚΑΙΑΝΕΝΕΩΣΑΝΤΟΤΑΝΘΥ	Διὶ καὶ ἀνενεώσαντο τὰν θυ-
ΣΙΑΝΤΟΥΔΙΟΣΚΑΙΤΑΝΥΓΟΔΟΧΑ	σίαν τοῦ Διὸς καὶ τὰν ὑποδοχὰ[ν
.ΓΟΗΩΝΤΟΤΩΝΔΑΜΟΤΑΝΚΑΚ	ἐπ]οι[σα]ντο τῶν δαμοτᾶν κα[ὶ
ΤΩΝΑΛΛΩΝΓΑΝΤΩΝΑΞΙΩΣΤΩ	τῶν ἄλλων [π]άντων ἀξίως τῶ[ν
ΘΕΩΝΣΓΟΥΔΑΣΚΑΙΓΡΟΘΥΜΙΑΣ	θεῶν, σ[π]ουδᾶς καὶ [π]ροθυμίας
ΟΥΘΕΝΕΛΛΕΙΓΟΝΤΕΣΟΓΩΣΟΥΧΚ	οὐθὲν ἐλλεί[π]οντες· ὅ[π]ως οὖ[ν
ΑΙΜΕΤΑΤΑΥΘΑΙΡΟΥΜΕΝΟΙΕΓΙΜΙ	καὶ μετὰ ταῦθ' αἱρούμενοι ἐ[π]ιμ[ήνιοι
ΛΥΓΡΟΘΥΜΟΤΕΡΟΣΑΥΤΟΣΓΑΡΕΧ	α]ὖ [π]ροθυμοτέρος αὐτὸς [π]αρέχ[ων-
ΤΑΙΕΙΛΟΤΕΣΤΑΝΤΩΝΔΑΜΟΤΑΝΕ	ται εἰ[δ]ότες τὰν τῶν δαμοτᾶν ε[ὔ-
ΝΟΙΑΝΔΕΔΟΧΘΑΙΝΙΚΑΓΟΡΑΝΝΙΕ	νοιαν· δεδόχθαι Νικαγόραν μὲ[ν ?
ΚΑΙΛΥΚΑΙΘΟΝΕΓΑΙΝΕΣΑΙΞΓ.Τ	καὶ Λύκ[α]ιθον ἐ[π]αινέσαι [ἐπὶ] τ[ε
ΤΑΙΑΙΡΕΣΕΙΚΑΙΕΥΙΕΥΣΕΒΕΙΑΙΑΙ	τᾷ αἱρέσει καὶ [τᾷ ?] εὐσεβείᾳ ᾇ [ἔ-
ΧΟΝΤΙΓΟΤΙΤΟΣΘΕΟΣΚΑΙΤΟ.	χοντι [π]οτὶ τὸς θεὸς καὶ τὸ[ς
.ΑΜΟΤΑΣΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑ.	δ]αμότας καὶ στεφανῶσα[ι αὐ-
ΤΟΣΑΓΟΧΡΥΣΩΝΔΕΚΑΤΟΝ	τὸς ἀ[π]ὸ χρυσῶν δέκα· το[ὶ δὲ

ΤΑΜΙΑΙΑΝΓΡΑΨΑΝΤΩΝΤΟΔΕ	ταμίαι ἀνγραψάντων τόδε [τὸ ψά-
ΦΙΣΜΑΕΣΣΤΑΛΑΝΛΙΘΙΝΑΝ	φισμα ἐς στάλαν λιθίναν [καὶ
ΑΝΑΘΕΝΤΩΝΓΑΡΤΟΝΡΟΜΟ	ἀναθέντων [π]ὰρ τὸν [βω]μὸ[ν
ΤΟΥΔΙΟΣΤΟΔΕΑΝΑΛΩΜΑ	τοῦ Διός· τὸ δὲ ἀνάλωμ[α τὸ γε-
ΝΟΜΕΝΟΝΞΣΤΑΝΣΤΑΛΑΝΤ	νόμενον [ἐ]ς τὰν στάλαν [τι-
ΣΑΝΤΩΝΤΟΙΤΑΜΙΑΙ	σάντων τοὶ ταμίαι.

Decretum admodum memorabile sodalitii eorum qui sacra Iovis Pluvii celebrare solerent (τὸ κοινὸν τῶν συμπορευομένων πὰρ Δία Ὑέτιον). Iovis Hyetii ara fuit Argis (Paus. 2, 19, 7), simulacrum autem Lebadiae in luco Trophonii (id. 9, 39, 3). Idem deus cognomine Ὄμβριος colebatur in montibus Atticae Hymetto et Parnethe; in Parnethe fuit praeterea etiam ara Iovis Fulguratoris, Σημαλέου (Paus. 1, 32, 2). Hyetium Iovem etiam apud Coos coli solitum meminisse se ajebat Cl. Welckerus, sed auctorem non recordabatur. Neque scio an fontis Ὑετίδος mentio, apud Theocritum in idyllio, quod in Co insula agitur, obvia (7, 115) huc referri possit: quamquam scholiasta ad Miletum pertinere putat. Sed certissimum testem habemus jam hanc inscriptionem. Vicus Antimachi, ubi lapis nunc asservatur, situs est in media insula; supra eum versus meridiem in summo montium jugo est locus qui Κάστρον appellatur. In aliquo autem montium jugo probabile est fuisse aram Iovis Pluvii. Eo convenire solebant (συνεπορεύοντο) statis temporibus, ni fallor, singulis mensibus, ad sacra Iovi facienda, quorum curam habebant sacerdotes menstrui (ἐπιμήνιοι, v. 9. 17.) Laudantur igitur hoc psephismate Nicagoras Theodori f. et Lycaethus Leucippi f. quod non solum sponte (αὐτεπάγγελτοι) hoc sacerdotium gesserant et sacra peregerant sua expensa, sed etiam multitudinem quae hi convenerat, hospitaliter exceperant (τὰν ὑποδοχὰν ἐποιήσαντο, v. 12 sq.), utpote in loco deserto et ab habitationibus remoto. Cura autem psephismatis in lapide inscribendi et propter aram Iovis collocandi injungitur quaestoribus (τοὶ ταμίαι, v. 24, 25); quos puto sacrae Iovis pecuniae, non civitatis aut demi quaestores fuisse. — De singulis pauca addemus. Nomen magistratus v. 1 quale fuerit, mihi non liquet; suspicari possis δαμάρχου vel κωμάρχου, sed Helpmanni apographum praebet Μ . . ΑΡΧΟΥ. Artemisius mensis (Ἀρταμιτίου, v. 2) apud Macedones erat septimus anni civilis, in aliis quibusdam civitatibus octavus; sed de Coorum mensibus aliunde nihil discimus. V. 13 vides τὸς δαμότας opponi τοῖς ἄλλοις πᾶσι, atque constat plures in Co fuisse demos (Schol. Theocr. 7, 5); sed nomen demi ad quem hi viri pertinuerint, non additur. — Dialectus tituli est Dorica, neque admodum austera; in elementorum forma nihil inest singulare, praeterquam quod pro Γ vel Π in apographo nostro tantum non ubique reperitur Γ, quemadmodum etiam in tituli Telii apographo Brockiano (cf. supra ad 169).

176.

Ibidem, in vico Palaeo Antimachi, ut videtur; in lapide caeruleo. Posteriores duo versus annotavit Helpmannus dedita opera fuisse deletos.

. . . . . . ΟΑΛΑΣΑΡΝΙΤΑΝ — ὁ δᾶμος] ὁ Ἀλασαρνιτᾶν
. ΡΤΕΜΝ . . . — Ἀ]ρτέμι[τι.
. . . . — . . . .
. . . . — . . . .

Halasarna fuit oppidum in Co, cujus rudera exstant in australi insulae promontorio, prope hodiernum vicum Κεφαλᾶν. Apud Strabonem (14. p. 202 Tchn.) scribitur Ἀλίσαρνα.

177.

Ibidem, in magna basi quadrata, prope Cephalam vicum.

ΟΔΑΜΟΠΕΒΑΕΤΟΙCΘΕΟΙCΤΟΒΑΜΑ

ὁ δᾶμο[ς Σ]εβα[σ]τοῖς Θεοῖς τὸ βᾶμα.

Cultum Divorum Caesarum et Augustarum apud Coos testatur etiam C. I. n. 2508.

178.

Titulos sepulcrales quotquot in Helpmanni schedis insunt, praeter illos quos supra n. 170 et 171 posui, cunctos hoc loco conjungere commodum duxi.

a

. . ΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ
. ΙΟΥΕΥΟΔΟΥ
ΕΥΟΔΟΥ . ΤΟΥ
ΓΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΥ

b.

ΔΑΜΟΦΩΝΤΟΣ
ΤΟΥ
ΦΙΛΙΠΠΟΥ

c.

ΑΠΙΩΝ
ΑΠΟΜ
ΟΔΩΡΟΥ
ΑΛΕΞΑ
ΝΔΡΕΥ
ΧΑΙΡΕ

d.

ΑΓΑΟΩΝ
ΕΛΛΑΝΙΚΟΥ
ΕΚΑΤΑΙΑΣ
ΕΚΑΤΟΔΩΡΟΥ
ΚΛΕΟΝΙΚΗΣ
ΑΝΤΙΔΗΜΟΥ

e.

ΠΟΠΛΙΟΥΑΟΥΙΑΝΙΟΥ
ΜΑΡΚΟΥΥΙΟΥΡΟΥΦΟΥ

f.

ΓΛΥΚΙΝΝΑ
ΟΥΛΙΑΔΟΥ
ΑΛΔΔΑΝΑ

a.

Πε]ισιστράτου [τ]οῦ Εὐόδου.
Εὐόδου [τ]οῦ Πεισιστράτου.

b.

Δαμοφῶντος τοῦ Φιλίππου.

c.

Ἀπίων Ἀπο[λλ]οδώρου Ἀλε-
ξανδρεῦ χαῖρε.

d.

Ἀγάθων[ος.
Ἑλλανίκου.
Ἑκαταίας.
Ἑκατοδώρου.
Κλεονίκης.
Ἀντιδήμου.

g.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΤΟΥ
ΦΙΛΩΝΙΔΟΥ

h.

ΒΕΡΕΝΙΚΗ
ΖΚΟΠΑ

i.

ΝΙ.ΟΜΑΧΗ
..ΑΝΔΡΙΔΑ

k.

ΠΛΑΘΑΙΝΙΣ ΦΙΛΙΣΤΟΣ
ΛΕΩΝΙΔΑ ΕΚΑΤΩΝΥΜΟΥ

l.

ΕΚΑΤΟΔΩΡΟΣ
ΠΕΡΙΓΕΝΟΥ

m.

ΛΙΕΜΟΝΙΣ
ΑΓΕΠΟΛΙΟΣ

e. Πυπλίου [Δ]ο[κ]ανίου?
Μάρκου υἱοῦ Ῥούφου.

f.

Γλύκιννα
Οὐλιάδου
......

g.

Ἀπολλωνίου τοῦ
Φιλωνίδου.

h.

Βερνείκη [Σ]κόπα.

i.

Νικομάχη [Εὐ]ανδρίδα.

k.

Πλαθαινὶς Λεωνίδα.
Φίλιστος Ἑκατωνύμου.

l.

Ἑκατώδορος
Περιγένου.

m.

Ἀγε]μονὶς
Ἀγεπόλιος.

Nihil mihi in his titulis memorabilius visum est quam frequentia nominum propriorum ab Hecates nomine derivatorum, qualia sunt Ἑκαταῖος (n. 172), Ἑκαταία, Ἑκατόδωρος, Ἑκατώνυμος: unde videtur colligi posse, Hecates sacra in Co insula fuisse celeberrima.

CALYMNA.

179.

In *Calymna* insula, quae hodie *Calymnus* appellatur, supra portam parvae aediculae, in castello semiruto medii aevi, inter portum et oppidum hodiernum: cui castello, quod situm est e regione oppidi in opposita convallis parte, facta est appellatio τὸ πέρα κάστρον.

ΝΙΚοΔΑΜοΣΑΡΑ
ΤοΓΕΝοΥΙΕΡΕΥΣ
ΔΙοΣΚοΡΩΝΤοΝΝΑ
οΝΝΑΙΤΑΑΓΑΛΜΑΤΑ
ΔΙοΣΚοΡοΙΣΚΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙ

Νικόδαμος Ἀρα-
τογένου ἱερεὺς
Διοσκόρων τὸν να-
ὸν καὶ τὰ ἀγάλματα
Διοσκόροις καὶ τῷ δάμῳ.

Calymnium lapidem ante hos, quos nunc edimus, nullum fuisse notum putamus. Habitatores insulae Dores fuisse, Doricaque usos dialecto, quum ex auctoribus notum est (cf. nostrum Peripl. Insull. II. epist. 21), tum hac et sequentibus inscriptionibus confirmatur.

180.

Ibidem, in occidentali insulae plaga, intra vineam quandam prope portum qui vocatur Λινάρι, in columna marmoris caerulei.

ΟΔΑΜΟΣΟΚ/Λ.	ὁ δᾶμος ὁ Κ[α]λ[υ-
ΜΝΙΩΝΕΤΕΙΜΑ	μνίων ἐτείμα-
ΣΕΝΤΙΒΕΡΙΟΝΚΛΑΥ	σεν Τιβέριον Κλαύ-
ΔΙΟΝΚΑΙΣΑΡΑΓΕΡ	διον Καίσαρα Γερ-
ΜΑΝΙΚΟΝΣΕΒΑΣ	μανικὸν Σεβα-
ΤΟΝΤΟΝΕΑΥΤΟΥ	στὸν τὸν ἑαυτοῦ
ΣΩΤΗΡΑΚΑΙΕΥ	σωτῆρα καὶ εὐ-
ΕΡΓΕΤΑΝ	εργέταν.

181.

Ibidem, prope oppidum, super altare ecclesiae τῆς Ὑπακουῆς, quae juncta est majori aedi sacrae τοῦ Χριστοῦ, exstructae in fundamentis antiqui templi Apollinis Calydnii et Panaceae (de quo videsis meum Peripl. II. epist. 21). Sequuntur hunc titulum in eodem marmore duo tresve alii, sed minoribus elementis scripti et tantopere obliterati, ut legere eos non potuerim.

ΟΔΑΜΟΣΟΚΑ.	ὁ δᾶμος ὁ Κα[λυμνίων
ΕΤΙΜΑΣΕΤΙΒΕΡΙ.	ἐτίμασε Τιβέρι[ον Κλαύδι-
ΟΝΞΕΝΟΦΩΝΤ.	ον Ξενοφῶντ[α. . . . . .
ΝΟΝΤΟΝΘΕΙΟΝ.Λ.	νὸν τὸν θεῖον [. . . . . .
ΤΙΝΝΙΟΥΗΡΑΚΛΕΙΟΥ. . .	τιννίου Ἡρακλείου [Κορ-
ΝΗΛΙΑΞΕΝΟΦΩΝΤΟ. . . .	νηλίᾳ Ξενοφῶντο[ς, υἱὸν δὲ?
ΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛΑΥΔΙΟΥ.	Τιβερίου Κλαυδίου [. . . . .
ΧΕΙΛΙΑΡΧ. .	χιλιαρχ[. . . . . .

Viri qui in hac inscriptione memorantur, quali necessitudinis vinculo inter se conjuncti fuerint, non satis clarum est. Sumsi autem eum, cui honores decernuntur, Ti. Claudium Xenophontem fuisse avunculum . . . . tinnii Heraclii Corn. Xenophontis, filium vero alius Ti. Claudii, cujus cognomen desideratur. Quae nomina demonstrant lapidem dominatione Tiberii Caesaris non esse antiquiorem. In extremo versu incertum est, debeatne scribi χειλιαρχ[ήσαντα] an [τοῦ] χειλιαρχ[ήσαντος].

182.

Ibidem, ad viam quae ad oppido hodierno ad portum Linari ducit, in muro aedis D. Antonii, σ' τὴν καινούριαν ἐκκλησίαν. Lapis neque integer, et vehementer obliteratus.

— — — — — — — —	
. ΓΩΝΛΕΥΝΤΙΑΔΑΤ	. . . . . των Λευντιάδα . . . .
ΩΝΟΣΠΕΙΘΑΡΑΤΟΥΤ	. . . . ωνος Πειθαράτου . . . .
ΑΚΡΟΤΕΛΕΥΣΕΡΑΣΙΚΛ	. . . . Ἀκροτέλευς, Ἐρασικλ[ῆς
ΝΤΑΣΔΙΚΑΣΑΣΕΔΙΚΑΙΕ	. . . . τὰς δίκας ἃς ἐδίκαζε . . . .
ΜΕΤΑΕΠΙΤΡΟΠΩΝΦΙΛΙ	. . . . μετὰ ἐπιτρόπων φιλι . . . . .
ΤΕΙΣΙΑΑΡΙΣΤΕΩΣΤΑΙΠΟ	. . . Τεισία[ς] Ἀριστέως τᾷ πό[λει . . .
ΕΘΕΝΤΟΤΑΔΙΑΦΟΡΑΠΑ	. . . ἔθεντο τὰ διάφορα πα . . . .
. . . ΤΟΔΑΜΟΣΑΓΛΑΟΣΤ	. . . . τόδαμος Ἀγλαοστ[ράτου? . . . .
ΜΝΙ. . / Τ. . ΟΣΠΡΟ . / Ο.	. . . .
ΑΡΑΤ. . . . . Π.	. . . .
ΘΕΝ. . ΗΠΑΖ.	. . . .
ΤC. \ΛΥ. . . ΩΙ.	. . . .
Υ. Σ. ΤΟΥΣΤΕΓ.	. . . .
. . . Τ. . Τ.	. . . .
. . . ΙΚΑΙΚΑΛ. ΜΝΙΩΝ.	. . . . καὶ Καλ[υ]μνίων . . . . .
. ΣΜΕΝ. ΕΝΤΙΛΑΒΟΝΤ	. . . .
ΓΟΡΑΠΑΙΔΙΩΣ' ΚΑΙΤΩΝ	. . γόρα . . . . καὶ τῶν. . .
ΕΝΚΑΛΙ. ΤΑΔΙΑΠΟΡΑΓ	. ἐνκαλ[εῖν?] τὰ διάπορα? . . . . .
ΜΕΙΔΝΠΕΝΤΕΕ'ΔΕΚΑ. .	. . . . πέντε . . δέκα . . . . .
ΤΑΤΑΓΕΥΤΑΜΜΕΝΑΥΦ	κατὰ τὰ γε[γρ]αμμένα ὑφ' . . .
ΩΔΕΚΑΙΑΝΤΙΓΡΑΦΑΤΑ	ὧδε καὶ ἀντίγραφα τὰ . . .
ΩΝΠΡΟΔΙΚΟΣΠΡΟΑΜ. .	. . . ων πρόδικος πρὸ . . . .
ΝΤΑΔΙΑΠΟΡΑΠΑΙΔΙΑΥ.	. . . τὰ διάπορα? . . . . .
ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝΟΙΚΑΙ.	. . γεγραμμένων οἳ καὶ . . .
. . . ΣΤΗΡΟΥΠΡΙΝΤΑΝ.	. . . .
. . . . ΟΣΕΣ. . .	. . . .
. . . .	. . . .

Titulus adeo lacer, ut, in re maxime obscura, ne periculum quidem restituendi facere sustineam. Hoc antum monebo, quod in apographo meo bis (v. 18 et 23) habetur ΔΙΑΠΟΡΑ, videndum, ne hoc verum

sit ; nam quamquam hoc adjectivum nusquam reperitur , usurpantur certe nomina διαπορία, διαπόρησις, διαπόρημα cum verbo διαπορέω.

1 8 3 .

Ibidem, ad portum, in marmore quadrato pergrandi , nuper intra vineam effosso. In vicinia multa sunt sepulcra antiqua.

a. ΗΡΑΓΟΡΑ
ΤΟΥ
ΗΡΑΓΟΡΑ

b. ΦΙΛΤΙΟΝΠΕΙΣΙΝΙΚΟΥ
ΚΑΤΑΦΥΣΙΝΔΕ
ΔΑΜΟΞΕΝΟΥ

c. ΔΑΜΟΞΕΝΟΥ
ΤΟΥ
ΗΡΑΓΟΡΑ

d. ΔΑΜΟΞΕΝΟΥ
ΤΟΥ
ΗΡΑΓΟΡΑ

e. ΑΒΡΟΣΤΡΑΤΗΣ
ΤΑΣ
ΗΡΑΓΟΡΑ

f. ΗΡΑΓΟΡΑ
ΤΟΥ
ΗΡΑΓΟΡΑ

g. ΗΡΑΚΛΥΩΝ
ΧΡΗΣΤΕΧΑΙΡΕ
ΧΑΙΡΕΚΑΙΣΥ

a. Ἡραγόρα
τοῦ
Ἡραγόρα.

b. Φίλτιον Πεισινίκου
κατὰ φύσιν δὲ
Δαμοξένου.

c. Δαμοξένου
τοῦ
Ἡραγόρα.

d. Δαμοξένου
τοῦ
Ἡραγόρα.

e. Ἀβροστράτης
τᾶς
Ἡραγόρα.

f. Ἡραγόρα
τοῦ
Ἡραγόρα.

g. Ἡρακλύων
χρηστὲ χαῖρε.
Χαῖρε καὶ σύ !

Continentur hoc lapide nomina hominum ejusdem familiae, communi conditorum sepulcro ; eaque, ut par est utque inspicienti lapidem e parva literaturae diversitate facile patet, non eodem tempore neque ab eadem manu inscripta. Exceptis titulis *b* et *g*, reliqua defunctorum nomina possidendi casu sunt posita. Mulieres tantum duae sunt, Philtium (*b*) et Habrostrate (*e*). In tit. *g* occurrit nomen inauditum Ἡρακλύων, nisi forte est erratum orthographicum pro Ἡρακλέων sive Ἡρακλείων. Valedicendi formulae solenni: χρηστὲ χαῖρε , respondet defunctus: χαῖρε καὶ σύ! quemadmodum habetur in tit. Argivo Fasc. I. n. 56 et alibi. Cf. Franz, Epigr. Gr. p. 340. 342.

184.

Ibidem, in muro vineae prope portum, in saxo quadrato.

ΣΤΡΑΤοΝΙΚοΣ	Στρατόνικος
ΕΥΞΗΑΝΤοΥ	Εὐξηάντου.

Monstrum nominis inauditum iste Εὐξήαντος, sed certissimum est lapidem hoc exhibere. Quod unde derivatum dicam, non reperio, nisi fortasse quadratarii errore sic scriptum est pro Εὐξάντου vel Εὐξη[ρ]άντου, quamquam haec quoque exemplis carent. Sed qui lapides Graecos tractare solent, haud ignorant, reperiri in iis nomina tam insolentia, ut nullum jam, quamvis portentosum, non admitti posse videatur.

185.

Ibidem, in oppido deserto medii aevi supra hodiernum oppidum, in duabus ecclesiis. N. *a.* est in cippo quadrato sertis floridis ornato, *b.* in simplici stela.

a.	*b.*
ΚΛΕΥΦΑΝΤΟΣ	ΞΕΝΟΚΛΕΙΔΑΣ
ΘΕΥΓΕΝΟΥ	ΜΝΑΣΩΝΙΔΑ
ΕΥΦΑΜΙΑ	
ΔΙΩΝΟΣ	

a. Κλεύφαντος Θευγένου, Εὐφαμία Δίωνος. *b.* Ξενοκλείδας Μνασωνίδα.

186.

Ibidem, in eadem ecclesia, ubi titulus praecedens *a.*, in fragmine tabulae marmoreae.

ΜΑΡΜΑΡΙΝΑΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑΚΑΙΕΥΝ. . .
ΑΣΕΧΩΝΔΙΑΤΕΛΕΙΕΙΣΤΟΝΔΑΜ. . . . . .ΑΛΥΜ. . . .

[— — — — τιμᾶσαι δὲ αὐτὸν καὶ εἰκόνι]
μαρμαρίνᾳ ἀρετᾶς ἕνεκα καὶ εὐν[οίας
ἃς ἔχων διατελεῖ εἰς τὸν δᾶμ[ον τὸν Κ]αλυμ[νίων.

Habemus finem psephismatis Calymniorum de honoribus in aliquem de se bene meritum conferendis. Rariusculum autem est, quod statua illi erigenda non λιθίνα vocatur, sed μαρμαρίνα· et possis inde suspicari, faciendam fuisse non e marmore albo unicolori, quod κατ' ἐξοχὴν audire solet λίθος vel λίθος λευκὸς (cf. Franz, Epigr. Gr. p. 314), sed e lapide diversis coloribus variegato.

187.

Ibidem, in alia insulae regione, quae Ἐαλὺ appellatur, in sede semiruta D. Georgii. Textum vide in tab. lithogr.

Αὐρ[ήλιος] Ἀπελλᾶς Γεμέλλου τὸ μνημεῖον ἐκ θεμελίων κατεσκεύασεν ἑαυτῷ καὶ γυναικὶ καὶ τέκνοις καὶ γυναιξὶν αὐτῶν καὶ ἐγκόνοις καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν ἐσομένοις.

LERUS.

188.

In *Lero* insula, ad viam quae ab oppido ad villam (μετόχιον) S. Iohannis Patmii ducit (cui regioni Παρθένιον nomen est), in aedicula S. Georgii. Titulus exaratus est in tabula marmorea quadrata, literis elegantissimis, sed fere evanidis. Ab initio est mutilus.

— — — — — — — — — — — —

. . . . ΘΑΙΤΩΙΔΕΩΤΥΓΧ . Ν . . . .
. ΟΙΑΙΓΚΑΙΠΡΟΘΥΜΙΑΝΔΙΚΑΙΑΝΠΑΡΕ . . ΜΕΝΟ .
. . ΤΟΥΣΕΝΤΗΙΝΗΣΩΙΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΑΣΤΩΝ
. ΙΤΩΝΔΕΔΟΧΘΑΙΤΗΙΕΚΚΛΗΣΙΑΙΕΠΙ . . . . . .
. . ΑΤΑΙΟΝΥΠΟΤΩΝΟΙΚΗΤΟΡΩΝΤΩΝΕΛΛΕΡΩ . .
ΡΕΤΗΣΕΝΕΚΑΚΑΙΕΠΙΜΕΛΕΙΑΣΗΝ . . . .
. ΕΡΙΑΟΤΟΥΣΥΠΑΡΧΕΙΝΔΕΚΑΙΦΙΛΙΑΝΕΚΑΤ . . . .
ΠΟΛΛΗΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΝΠΑΡΑΤΩΝΕΝΤΗΙΝΗΣΩ .
ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΩΝΚΑΙΑΥΤΩΙΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙΣΤΟ . .
ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΔΕΑΝ . . . . . ΑΙΕΙΣΣΤΗΛΗΝ
ΛΙΘΙΝΗΝΚΑΙΣΤΗΣΑΙΚΑΤΑΤΗΝΑΓΟΡΑΝΟΠΩΣ
. ΑΟΤΑΕΠΙΓΟΓ‾ . . . Γ . ΕΙΞ . . . . ΙΗΤΑΙΚΑΘΑΠΕΡ
ΕΨΗΦΙΣΤΑΙΕ . . . ΣΤΙ . . . ΘΑΙΤΟΙΣΑΝΔΡΑΣΙΤΟΙΣ
ΗΙΡΗΜΕΝΟΙΣΜΕΤΑΑΡΙΣΤΟΦΑΝΕΥΣΤΟΥ
ΣΤΡΟΜΒΙΧΟΥ

— — — — — — — — — — — —

. . . . [εὔν]οια[ν] καὶ προθυμίαν δικαίαν παρε[χό]μενο[ς ἐς] τοὺς ἐν τῇ νήσῳ κατοικοῦντας τῶν [πολ]ιτῶν· δεδόχθαι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐπ[ηνῆσθαι Ἑκ]αταῖον ὑπὸ τῶν

οἰκητέρων τῶν ἐλ Δέρῳ [ἀ]ρετῆς ἕνεκα καὶ ἐπιμελείας ἣν [ἔχει? π]ερὶ αὐτούς· ὑπάρχειν δὲ καὶ [φ]ιλίαν Ἑκατ[αίῳ] πολλὴν καὶ εὔνοιαν παρὰ τῶν ἐν τῇ νήσῳ κατοικούντων καὶ αὐτῷ καὶ ἐκγόνοις· τὸ [δὲ] ψήφισμα τόδε ἀν[αγράψ]αι ἐς στήλην λιθίνην καὶ στῆσαι κατὰ τὴν ἀγορὰν ὅπως [τ]αῦτα . . . . καθάπερ ἐψήφισται . . . . τοῖς ἀνδράσι τοῖς ᾑρημένοις μετὰ Ἀριστοφάνευς τοῦ Στρομβίχου.

Fragmentum habemus psephismatis redditi non a Leriis, sed ab habitatoribus insulae Leri, de honoribus Hecataei cujusdam (v. 5. coll. v. 7), civis ut videtur sui. De qua re quid sentiam, paucis, quamvis dubitanter, aperiam. Videtur Leros insula ea tempestate, qua hoc factum est decretum, fuisse in ditione alius alicujus insulae vel civitatis, quae habitatores (οἰκήτορας, κληρούχους) huc mittere soleret; ita tamen ut, qui huc missi erant cleruchi, et si qui ex iis in Lero insula liberi suscepti essent, patriae retinerent civitatis et jura et nomen: quemadmodum in cleruchis Atheniensium Lemni vel Deli habitantibus obtinuisse constat. Nomen autem ejus civitatis, quae tunc Leron in potestate sua habebat, cum praescripto tituli intercidit. De illis igitur cleruchis, qui insulam incolebant, bene meruerat Hecataeus, antiquae et communis patriae civis, qui, ni fallor, Leri habitatoribus, quoties negotii alicujus gratia in veterem metropolin venirent, patroni et quasi proxeni officia praestare soleret: id quod ex iis, quae v. 1—3 supersunt, colligere mihi videor. Quamobrem ἡ ἐκκλησία τῶν οἰκητέρων τῶν ἐν Λέρῳ civi suo publice gratias agunt, amicitiae foedus cum illo ipsiusque prognatis jungunt, et decretum tabulae lapideae incisum in foro suo (quod est in Lero insula) collocari jubent. Praeterea videntur etiam Aristophanem Strombichi f. cum quibusdam aliis elegisse, qui hoc psephisma in metropolin ad Hecataeum perferrent.

In singulis pauca sunt in quibus haereas. Post παρεχόμενος v. 2 exspectares dativum τοῖς κατοικοῦσι. Supplevi praepositionem ἐς, ut haberet accusativus τοὺς κατοικοῦντας unde penderet. V. 4. ΕΠΙ est ἐπηνῆσθαι, quod diserte habetur etiam in tit. Samio, C. I. n. 2256, neque mutari debebat a Boeckhio in ἐπαινέσαι. Eadem forma occurrit infra in decreto Lampadistarum Patmi insulae. — V. 7 in lapide agnoscere mihi visus sum ΑΟΤΟΥΣ, et v. 12 [Τ]ΑΟΤΑ. Itane vere scriptum fuit ex dialecti ratione pro ΑΥΤΟΥΣ et ΤΑΥΤΑ? quemadmodum φεόγειν pro φεύγειν in tit. Amphipolitano (C. I. n. 2008. Franz. Epigr. Gr. n. 72) et Εοπάμονος pro Εὐπάμονος in lapide Bosporano (C. I. n. 2121). Quod quidem affirmare non ausim, reticere tamen non sustinui: praesertim quum etiam v. 9. in voce Α.ΤΩΙ secunda litera non sit certa. Regionum autem istarum incolae, maximopere Chii, hodieque pronuntiant ψῶμα pro ψεῦμα (ψεῦσμα), γιῶμα pro γεῦμα, ὤμορφος pro εὔμορφος et si quae sunt id genus alia.

Atque haec quidem de ipso lapide. Iam autem si historiam hujus insulae excutias, nullus dubitationi relinqui videtur locus, quin habitatores isti fuerint Milesii. Leron cum Icaria a Milesiis occupatam teste Anaximene narrat Strabo 14. p. 166 Tchn. Confirmant rem catalogi tributorum, quae socii Atheniensibus pendebant, in arce Athenarum reperti: ubi in duobus fragmentis (*Ann. d. Inst. Arch.* VIII. *p.* 126.127) nomen insulae ΛΕΡΟΣ sequitur mentionem Milesiorum, in tertio autem fragmento adhuc inedito habetur

MIVESIOIVEP, hoc est Μιλήσιοι Λέρου vel Λέρον κατοικοῦντες: quibus fragmentis inter se et cum reliquis inscriptionum istarum lemmatis comparatis efficitur, Lerum tunc non fuisse civitatem sui juris (nam ita ponendum erat nomen gentile, Λέριοι), sed cleruchiam ad Milesios pertinentem. Quando autem et qua ratione in hanc redacta fuerit conditionem, edocemur ab Herodoto, qui narrat (5, 125), quum afflictis Ionum rebus Aristagoras Milesius de patria relinquenda coloniaque in Sardiniam Thraciamve deducenda consilia agitaret, Hecataeum historicum ei sententiae adversatum suasisse civibus, ut in Lero insula castellum munirent, unde reliqui belli eventum exspectarent. Tunc igitur Milesii Leron, quam diu jam iis contemptui fuisse docet epigramma Phocylidis circa 61 Olymp. scriptum (Strab. 10. p. 391 Tchn.), in suam redegerunt potestatem, missis de civium suorum numero cleruchis, qui quod Hecataeus tum occupandae ab iis amoenissimae insulae auctor fuisset, tum postea etiam suas Mileti res curare soleret, eum tanquam οἰκιστὴν et proxenum colebant, gratumque in eum animum hoc testati sunt decreto. Cui opinioni si quis literaturae genus usumque longarum vocalium H et Ω cum diphthongis EI et OY adversari putet, eum meminise velim, illas literas eamque orthographiae rationem diu jam fuisse a reliquis Ionibus usurpatas, antequam ab Atheniensibus reciperentur.

PATMUS.

189.

Patmi, in vestibulo scholae, quae est ad speluncam Revelationis S. Ioannis Theologi (τὸ σπήλαιον τῆς ἀποκαλύψεως), inter portum et oppidum, asservatur stela marmoris albicantis, in qua inscriptus est hic titulus, quo vix unquam alium lectu difficiliorem transscribere me memini.

. ΠΙΣΩΠΩΛΙΟΣΑΙΤΘΜΕ . ΩΝΟΣ ΕΔΟΞΕΤΩΙΚΟΙ
. ΩΙΤΩΝΛΑΜΠΑΔΙΣΤΩΝΤΩΝΕΝΠΑΤΜΩΙ . ΧΑΙΜΕ
. ΕΧΟΝΤΩΝΤΟΥΛΛΕΙΜΜΑΤΟΣ . . . . ΔΗΗΓΗΣΑΝΔΡΟΣ .
ΕΚΡΑΤΟΥΤΑΤΕΠΡΟΣΘΕΟΥΣΕΥΣΕΒΩΣΕΧΩΝΔΙΑΡ . .
. Ο . ΩΝΚΑΙΤΑΠΡΟΣΤΟΥΣΣΥΝ . . . ΕΙΣΚΑΙΠΟΛΙΤΑΣΕΥΓΙ
ΚΑΙΚΟΙΝΗΙΚΑΙΚΑΘΙΔΙΑΝΕΚΑΣΤΩΙΕΑΥΤΟΝΕΥΧΡΗΣ
. ΟΝΠΑΡΕΧΟΜΕΝΟΣΑΠΟΤΗΣΠΡΩΤΗΣΗΛΙΚΙΑΣΕΤΙΔΕΚΑΙ
. . ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΚΩΣΕΠΤΑΚΙΚΑΙΛΕΛΑΜΠΑΔΑΡΧΗΚΩ .
. . . . . ΟΝΜ . . ΡΟΝΔΡΟΜΟΝΝΕΝΙΚΗΚΩΣΚΑΙΤΑΥΤΑΠΕΠΡΑ
. ΩΣΑΞΙΩΣΑΥΤΟΥΤΕΚΑΙΗΜΩΝΚΑΤΑΣΤΑΘΕΙΣΔ .

. ΑΙΧΡΥΣΟΝ . ΜΟΣΤΩΝΛΑΜΠΑΔΙΣΤΩΝΤΑΤΕΧΡΗΜ .
. . ΣΥΝΦΥΛΑΣΣΕΙΚΑΙΤΩΝΑΛΛΩΝΠΑΝΤΩΝΠ . ΟΝΟ .
. . ΠΟΙΕΙΤΑΙΝΥΝ . . . . . ΕΠΗΝΓΕΛΤΑΙΕΡΜΗΝΤΕΛΙΘ .
. . ΝΑΝΑΘΗΣΕΙΝΚΑΙΔΡΑΧΜΑΣΔΙΑΚΟΣΙΑΣΔΩΣΕΙΝ
. ΠΩΣΕΚΔΑΝΕΙΣΩΝΤΑΙΕΠΗΝΓΕΛΤΑΙΔ . ΚΑΙΕ . .
. ΝΞΗΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΤΑΣΤΕΘΥΣΙΑΣΕΠΕΤΕΛΕΣΑ .
. . ΓΑΣΙΜΑΙΑΥΠΟΔΕΧΕΣΘΑΙ ΔΕΔΟΧΘΑΙΗΓΗΜΑΝ .
. . . ΜΕΝΕΠΗΝΗΣΘΑΙΕΦΗΕΧΕΙΑΙΡΕΣΕΙΤΟΥΣΔΕΛΑ .
. . . . ΣΤΑΣΚΑΙΑΛΕΙΦΟΜΕΝΟΥΣΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΜΕ
. . . . ΝΧΡΥΣΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΑΠΟΧΡΥΣΩΝΑΛΕΞ
. . . . . ΝΠΕΝΤΕΚΑΙΕΙΚΟΝΙΓΡΑΠΤΗΑΓΕΙΝΔΕΛ . . .
. . . . . ΩΝΥΜΟΝΗΜΕΡΑΝΗΔΕΙΕΡΕΩΣΥΝ . . . . .
. . . . . . ΗΓΗΣΑΝΔΡΟΥΕΑΝΔΕ . . . .
. . . . ΙΑΧΟ . . . .
. . . . Ι=/ . . . .

Ἐ]πὶ Σωπόλιος . . . . Ἔδοξε τῷ κοι[ν]ῷ τῶν Λαμπαδιστῶν τῶν ἐν Πάτμῳ [κ]αὶ με[τ]εχόντων τοῦ [ἀ]λείμματος· [ἐπει]δὴ Ἡγήσανδρος [Μεν]εκράτου τά τε πρὸς θεοὺς εὐσεβῶς ἔχων δια[τελεῖ, π]ο[ι]ῶν καὶ τὰ πρὸς τοὺς συν[γεν]εῖς καὶ πολίτας εὖ, καὶ κοινῇ καὶ καθ' ἰδίαν ἑκάστῳ ἑαυτὸν εὔχρησ[τ]ον παρεχόμενος ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας· ἔτι δὲ καὶ [γε]γυμνασιαρχηκὼς ἑπτάκι καὶ λελαμπαδαρχηκὼ[ς καὶ τ]ὸν μ[ακ]ρὸν δρόμον νενικηκώς, καὶ ταῦτα πεπρα[γ]ὼς ἀξίως αὐτοῦ τε καὶ ἡμῶν· κατασταθεὶς δ[ὲ κ]αὶ χρυσον[ό]μος τῶν Λαμπαδιστῶν τά τε χρήμ[ατα] συνφυλάσσει καὶ τῶν ἄλλων πάντων π[ρ]όνο[ιαν] ποιεῖται, νῦν [δὲ καὶ] ἐπήνγελται Ἑρμῆν τε λίθ[ινο]ν ἀναθήσειν καὶ δραχμὰς διακοσίας δώσειν, [ὅ]πως ἐκδανείσωνται· ἐπήνγελται δ[ὲ] καὶ ἕ[ως ἂ]ν ζῇ, ἐκ τῶν ἰδίων τάς τε θυσίας ἐπ[ι]τε[λ]έσα[ι καὶ τὰ ? ἑορτ]ασιμαῖα (?) ὑποδέχεσθαι· Δεδόχθαι, Ἡγή[σ]αν[δρον] μὲν ἐπηνῆσθαι ἐφ' ᾗ ἔχει αἱρέσει, τοὺς δὲ Λ[αμπαδι]στὰς καὶ Ἀλειφομένους στεφανῶσαι μὲ[ν Ἡγήσανδρον] (?) χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ χρυσῶν Ἀλεξ[άνδρω]ν (?) πέντε καὶ εἰκόνι γραπτῇ, ἄγειν δὲ [αὐτοῦ καὶ ἐπ]ώνυμον ἡμέραν· ἡ δὲ ἱερεωσύν[η] . . . . Ἡγησάνδρου· ἐὰν δὲ . . . .

(Non multa desunt.)

Decretum est sodalitii Lampadistarum, hoc est eorum qui lampadodromiae interesse solerent: qui quod semet ipsi etiam ἀλειφομένους (v. 19) et μετέχοντας τοῦ ἀλείμματος (v. 2. 3) praedicant, ephebi videntur esse gymnasticis exercitationibus propter aetatem maxime dediti. De lampadarchia et lampadodromia s. lampade vid. *Krausii Hellenicc.* I. 1. *p.* 184. 201 *sqq.* 369 *sqq.* et qui ab eo citantur auctores.

Initio tituli praescriptum est Sopolidis nomen tanquam τῆς ἐπωνύμου ἀρχῆς· cujus magistratus signifi-

cationem in ΑΙΤΘΜΕ . ΩΝΟΣ latere oportet; sed qualis fuerit, mihi quidem non liquet. Ad μετεχόντων τοῦ ἀλείμματος (v. 2. 3) comparari potest οἱ μετέχοντες τοῦ ἱεροῦ συνεδρίου τῆς ἐν Οἴᾳ παλαίστρας, in titulo Theraeo, quem edidi in Act. Acad. Monac. 1837. vol. II. p. 409. De καθ' ἰδίαν (v. 6) vid. Boeckh. ad C. I. n. 2347. *c*, ubi eadem forma occurrit et plura collata sunt exempla, velut καθ' ἔτος et καθ' ἐνιαυτόν. Cf. supra ad n. 123. — Gymnasiarchiam et lampadarchiam inter se diversas fuisse (de qua re a quibusdam dubitatum esse monet Krausius l. l. p. 184. 301) satis demonstratur versu 8. — V. 9 dicitur Hegesander τὸν Μ . . ΡΟΝ δρόμον νενικηκώς. Fuerunt igitur etiam apud Patmios diversa lampadodromiae genera (Kraus. l. l. p. 370); sed incertum relinquitur, viceritne τὸν μ[ικ]ρόν. an τὸν μ[ακ]ρόν. V. 22 habetur χρυσονόμος, novum, quantum video, vocabulum; quod significare ταμίαν ex iis, quae de pecuniis bene administratis sequuntur, manifestum est. Praeter bonam autem et laudabilem illorum munerum gestionem pollicitus erat Hegesander, Hermam marmoreum (in gymnasio) se dedicaturum, et ducentas daturum drachmas, quae in foenore collocarentur; super his, dum in vivis sit, sacrificia (diis gymnasii nimirum) de suo praebiturum, et . . . ΓΑΣΙΜΑΙΑ in se suscepturum. Hoc quid sit, non perspicio; de conjectura posui ἑορτασιμαῖα, ut esset *sumtus in dies festos lampadistis impendendos:* quamquam neque formam vocabuli aliter quam per analogiam (κλόπιμος et κλοπιμαῖος), neque eam, quam suspicor, significationem ullo prorsus exemplo tueri possum. Alii hunc locum felicius interpretabuntur. — V. 20 Hegesandro corona decernitur *aureorum Alexandrorum quinque:* quemadmodum aureos Philippi regis nummos *Philippos* dici *aureos* in vulgus notum est. Coronae additur εἰκὼν γραπτὴ (de qua quantum inter archaeologos disceptatum sit, nemo ignorat), et multo insignior etiam honor, ut in posterum diem festum ipsius cognominem (Ἡγησάνδρεια) celebrent. Reliqua expediri non possunt.

190.

Ibidem, in bibliotheca monasterii D. Ioannis Evangelistae (τοῦ Θεολόγου), in tabula marmorea nunc muro infixa. Lapidem vehementissime attritum monachi a V. Cl. F. Thierschio in pavimento ecclesiae memorabant repertum atque exinde in eo ubi nunc est loco positum. Qui vir Doctus edideritne inscriptionem, necne, ignoro: quod si fecit, emendatius eum, quam me, apographum habuisse confido. Nam equidem in describendo titulo eo magis laboravi, quod sciolus aliquis monachus, dum ductus literarum tantum non prorsus evanidos atramentum illinendo instaurare sibi visus est, omnia foedissime turbaverat, monstris lectionum pro eo, quod a poetae manu scriptum fuit, procusis. Neque tamen ubique, maxime in priore versuum parte, veram lectionem indagare potui. Quamobrem, utpote in argumento quam maxime obscuro, ea tantum, quae satis certa videantur esse, nunc minusculis repeto. Quae autem in textu (in tab. lithogr.) uncis inclusae sunt literae, earum vestigia quidem in lapide cognovisse mihi visus sum, neque tamen pro veris sunt habendae.

Ἀγαθῇ τύχῃ.

Αὕτη παρθενικὴ Ἐλαφηβόλος ἀρήτειραν
Θήκατο Κυδ[ίππ]ην Γλαυκίεω θύγατρα,
Ὑδροφόρον ἦν, [ἐ]ν Πάτν[ῳ] παραβ[ώ]μια ῥέξαι,
Σπαιρόντων αἰγῶν ἔμβρυα καλλιθύτων.
. . . . ἡ παῖς (?)· ἡ δὲ τιθήνη
Ἐκ [τ]ε[ρ]έ[ν]ης [ἥ]βη[ς] ἐκτροφός ἐστι Πάτνος,
Νῆσος ἀ[μ]αυ[ρο]τάτη [Λ]ητωΐδος ἧς προβέβηκε
Β]ένθεσιν . . . . ἕδρανα ῥυομένη.
. . . .˘ν[ηὸ]ν Ἀρῆϊος εἶσεν Ὀρέστης
. . . . μητροφόνου μανίης.
Τὴ]ν δ' Ἑκάτην φ[ανὴν? θυγ]άτηρ σοφοῦ ἰητῆρος
Γλαυκίο[υ εἰν α]ὐλαῖς (?) Ἀρτέμιδος Σκυθίης,
Αἰγαίου πλώο[υ]σ[α πό]ρου δυσχείμερον οἶδμα,
. . . . [ὡ]ς θέμις, ἠγλάϊσεν.

Εὐτυχῶς.

Edocemur hac inscriptione, quamvis mutila, delubrum fuisse Dianae Scythiae (sive Tauropoli, ut in Icaro, Strab. 14, p. 172 Tchn.) etiam in Patmo insula: cujus simulacrum marmoreum superstes fuisse perhibetur in eo ipso loco, quem nunc monasterium occupat, usque dum a S. Christodulo, monasteri fundatore, sub finem saeculi p. Ch. n. undecimi confractum est (cf. nostrum Peripl. Inss. II. epist. 23, not. 11). Ejus autem delubri prima constitutio attribui videtur Oresti Agamemnonis filio: unde collig potest, primos qui e Graecia in insulam venerint habitatores fuisse Argivos, quos etiam Coum cum Ca-lydnis insulis (Nisyro, Calymna ceterisque) occupasse aliunde compertum habemus (Diod 5, 54. Herodot. 7,-99; cf. nos l.l. ep. 19, not. 14; ep. 21, not. 23, et 23, not. 14). Ceterum epigramma obscurissimum in integrum restituendum lubenter felicioribus relinquimus ingeniis. Equidem rem sio fere se habere crediderim. Glaucias quidam medicus (v. 2 et 12) filiam habuit sacerdotem Dianae, nomine Cydippen (v. 2: ΚΥΔΟΝΙΗΝ; cave autem conjicias κυδαλίμην, nam nomen mulierculae, quod sileri non potuit, in hoc vocabulo lateat oportet). Ea sacerdos nata quidem esse in alio aliquo dicitur loco (nam hoc inesse auguror in priore parte versus 5; numquid εἰν Ἄργει?), educata autem a tenera inde aetate in Patmo (τερένης, quod v. 6 posui, reperiri etiam in Brunck. Anal. II. p. 146 monet Schneiderus in Lexico). Quae quum in eo esset, ut Aegaeum mare trajiceret (v. 13: πλώουσα), vel trajecto jam mari (πλώσασα), imaginem Hecates huic titulo superimpositam in vestibulo sacrarii Dianae Scythiae, ut par erat, dedicavit adornavitque (v. 14: ὡς θέμις ἠγλάϊσεν. Cf. Theocrit. epigr. 1, 4, ubi Delphica rupes Apollini Pythio laurum

ἀγλαΐσαι, h. e. *procreasse et dedicasse* dicitur, ubi vid. interpp.). Post Hecates nomen supplevi φανὴν, h. e. φωσφόρον.— Haec puto in universum de argumento epigrammatis constitui posse. De singulis pauca habeo quae addam. Tertium statim versum non expedio. In apographo meo est ΥΔΡΟΦΟΡΟΝ ΗΝΑΝΠΑΤΝΙΗ, pro quo scripsi ὑδροφόρον ἣν [ἐ]ν Πάτν[ῳ], ut ἣν sit pron. possessivum et verborum structura sic procedat: Ἐλαφηβόλος Κυδίππην θήκατο ἐν Πάτνῳ παραβώμια ῥέξαι: quamquam hoc durissimum et sine exemplo esse probe video. Eam autem formam nominis insulae, Πάτνος pro Πάτμος, quemadmodum hodie, ita tunc jam in usu fuisse demonstratur etiam v. 6. De τερένης jam supra monui. Ἔκτροφος (v. 6), si verum est, novum est vocabulum. In vv. 7—10 non audeo quidquam conjectari. V. 9 scripsi ν[ηό]ν, quamquam vestigia literarum magis ad ἔνθεν ducere videntur. Neque admodum placent quae in extremis quatuor versibus tentavi supplementa. Initio v. 14 vocabulum πόρπαξ latere crediderim.

SAMUS.

Samios titulos praeter eos, qui in C. I. n. 2246—60 editi sunt, alios haud novi. Ipse per biduum, quum interiora insulae adire non liceret, hos tantum quinque transscripsi.

191.

Sami, in columna rotunda marmoris albicantis, septem circiter pedes alta, quae mense Augusto anni 1841 in agro quodam ducentos fere passus a templo Iunonis versus Solanum ventum sito effossa est.

A.

1 ΕΠΙΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΕΤΟΥΣ $\overline{\text{Μ}}\,\overline{\text{Α}}$
ΝΕΩΠΟΙΑΙ
ΕΙΣΙΔΩΡΟΣ
ΣΕΡΑΠΙΩΝΟΣ
ΦΙΛΩΝΧΡΥΣΕΡΜΟΥ
2 ΕΤΟΥΣ $\overline{\text{Μ}}$ ΚΑΙ Β
ΕΠΙΓΑΙΟΥ
ΣΚΡΙΒΩΝΙΟΥ
ΦΙΛΟΠΟΙΜΕΝΟΣ
ΝΕΩΠΟΙΑΙ
ΕΥΤΥΧΟΣ

B.

5 ΕΤΟΥΣ $\overline{\text{Λ}}$
ΝΕΩΠΟΙΗΣ
ΕΥΣΕΒΗΣ
ΠΡΟΜΗΘΙΩΝ
ΝΥΜΦΟΚΛΕΟΥ
6 ΕΤΟΥΣ $\overline{\text{Ζ}}$
ΝΕΩΠΟΙΗΣ
ΕΥΣΕΒΗΣ
ΠΟΣΙΔΕΟΣ
ΣΩΠΑΤΡΟΥ
7 ΕΤΟΥΣ $\dot{\text{Ρ}}\overline{\text{Γ}}$
ΤΗΣΚΑΙΣΑ

ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΞΕΝΟΝΒΡΟΤΟΥ
ΜΗΝΟΔΩΡΟΣ
ΜΗΝΟΦΙΛΟΥΤΟΥ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ
ΜΗΤΡΟΒΙΟΥΦΥΔΕ
ΔΑΜΑΣΩΚΛΗΣ
ΠΥΘΑΔΟΣ

3 ΕΤΟΥΣ $\overline{\text{Μ}}\overline{\text{Δ}}$
ΝΕΩΠΟΙΗΣ
ΕΥΣΕΒΗΣ
ΔΙΟΔΩΡΟΣ
ΠΑΝΚΚΡΑΤΟΥ
ΝΕΩΠΟΙΗΣ
ΕΥΣΕΒΗΣ
ΗΡΩΔΗΣ
ΟΝΗΣΙΩΝΟΣ
Σ...

4 L. Δ. ΤΗϹ
ΚΟΛΩΝΙΑϹ
ΝΕΩΠΟΙΗϹ
ΛΕΥΚΙΟϹ
ΠΟΠΛΙΟΥ

ΡΟΣΝΙΚΗΣ
ΝΕΩΠΟΙΗΣ
ΕΥΣΕΒΗΣ
ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ
ΙΣΙΔΩΡΟΥ

8 ΕΤΟΥΣ $\overline{\text{Κ}}\,\overline{\text{Θ}}$ ΤΗΣΤΟΥ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΝΙΚΗΣ
ΝΕΩΠΟΙΗΣΕΥΣΕΒΗΣ
ΧΙΡΟΤΟΝΗΤΟΣ
ΠΟΠΛΙΟΣΚΟΡΝΗΛΙ
ΟΣΛΕΥΚΙΟΥΥΙΟΣΡΟΥΦΟΣ

9 ΝΕΩΠΟΙΗΣ
ΕΥΣΕΒΗΣΛΕΥΚΙ
ΟΣΠΑΠΙΟΣΔΕ
ΚΜΟΥΥΙΟΣ

10 ΕΤΟΥΣ $\overline{\text{ΙΗ}}$ ΤΗΣ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΝΙ
ΚΗΣ
ΝΕΩΠΟΙΗΣ
ΕΥΣΕΒΗΣ
ΖΗΝΩΝ–

1 Ἐπὶ Ἀντιόχου,
ἔτους μα',
νεωποῖαι·
Εἰσίδωρος
Σεραπίωνος,
Φίλων Χρυσέρμου.

2 Ἔτους μ' καὶ ϛ'
ἐπὶ Γαΐου
Σκριβωνίου
Φιλοποίμενος,

5 Ἔτους λ'
νεωποίης
εὐσεβής·
Προμηθίων
Νυμφοκλέου[ς].

6 Ἔτους ζ'
νεωποίης
εὐσεβής·
Ποσίδεος
Σωπάτρου.

νεωποῖαι·
Εὔτυχος
Ἀρτέμωνος,
Ἀπολλώνιος
Ξενονβρότου,
Μηνόδωρος
Μηνοφίλου τοῦ
Δημητρίου,
Ἀντίπατρος,
Διονύσιος
Μητροβίου, φύ[σει] δὲ.....
Δαμασωκλῆς
Πυθάδος.

3 Ἔτους μδ'
νεωποίης
εὐσεβής·
Διόδωρος
Πανκράτου.
Νεωποίης
εὐσεβής·
Ἡρώδης
Ὀνησίωνος.

[4 (Ἔτει) δ' τῆς
κολωνίας
νεωποίης
Λεύκιος
Ποπλίου.]

7 Ἔτους ργ
τῆς Καίσα-
ρος νίκης
νεωποίης
εὐσεβὴς
Δημοκράτης
Ἰσιδώρου·

8 Ἔτους κθ' τῆς τοῦ
Σεβαστοῦ νίκης
νεωποίης εὐσεβὴς
χιροτόνητος·
Πόπλιος Κορνήλι-
ος Λευκίου υἱὸς Ῥοῦφος.
Νεωποίης
εὐσεβὴς Λεύκι-
ος Πάπιος Δέ-
κμου υἱός.

9 Ἔτους ιή τῆς
Καίσαρος νί-
κης
νεωποίης
εὐσεβὴς
Ζήνων [Ζήνωνος].

Parvula neque admodum affabre facta, quin ne perpolita quidem columna, in qua haec curatorum templi nomina inscripta sunt, non ad ipsum Heraeum, sed ad aliquod aliud intra peribolum templi aedificium videtur pertinuisse. Hujusmodi autem curatores (νεωποίας, ναπόας, ναοποιοὺς) apud multa deorum delubra institutos fuisse constat (cf. Franz. Epigr. Gr. p. 324); neque quidquam in hoc lapide memorabile est nisi quod novam deprehendimus annos computandi rationem apud Samios sub imperatoribus Romanis usitatam. Cujus aerae initium patet esse captum (e Col. *B*. §. 7. 8 et 9) a Caesaris Octaviani victoria Actiaca: post quam quum Octavianus Samum in hiberna se recepisset (Suet. Octav. 17), probabile est Samios in memoriam ejus rei, et quo Augusto adularentur, novam aeram ab illa victoria agere instituisse. Praeterea discimus e col. A. §. 4 (quem paragraphum uncis inclusi, propterea quod literis multo minutioribus et quasi ἐν παρενθέσει reliquis adscriptus est), coloniam Romanam Samum fuisse deductam: quae res quando facta sit, ignoratur, suspicari autem possis factum esse, quo tempore Samus a Vespasiano imperatore liber-

tate ademta in provinciae formam redacta est (Suet. Vespas. 8). Ab eo autem tempore videntur coloniae participes novam rursum aeram egisse secundum annos coloniae deductae (L. Δ, hoc est ἔτους seu ἔτει δ' τῆς κολωνίας).

De reliquis pauca annotanda sunt. Ordinem quem vocant chronologicum in hisce ἀναγραφαῖς non observatum esse vides; sed prout casus obtulerat, aliorum annorum curatores in aliis locis inscriptos: unde suspicari in promtu est, reliquorum nomina fuisse inscripta in caeteris ejusdem porticus columnis vel parietibus. Neque magis sibi constat curatorum numerus. In quinque paragraphis (4. 5. 6. 7. 10) reperimus singulos; in tribus (1. 3 et 8) binos, nisi fortasse paragraphi tertius et octavus rursus in binos annos dispescendi sunt; in secundo denique paragrapho habentur sex ad minimum curatores. Plerumque nomini νεωποίης additum est adjectivum εὐσεβής, unus autem (§.8) vocatur etiam χειροτόνητος, fortasse quod electus quidem fuerat, sed non inierat magistratum. Singulis nominibus additum est patronymicum, excepto Antipatro (A. §. 2); ibidemque post Διονύσιος Μητροβίου φύσει δὲ . . . . desideratur nomen patris naturalis. Diversis autem temporibus neque ab eadem manu exaratos esse hos titulos, probatur etiam literaturae diversitate; nam ut uno exemplo perfungar, col. A. §. 2 habetur bis R pro vulgato P, et §. 4 C pro Σ.

1 9 2.

Ibidem, in muro casae prope templum Iunonis; in basi quadrata utrimque praefracta.

ΥΧΗ	Ἀγαθῇ τ]ύχῃ.
ΑΤΟΝΙ	Τὸν ἱερώτ]ατον
ΜΑΥΡΗ	Καίσαρα] Μ. Αὐρή-
ΓΩΝΕΙ	λιον Ἀν]τωνεῖ-
ΣΕΒΗΣΕ	νον Εὐσ]εβῆ Σε-
ΒΡΕΤΑΝ	βαστὸν] Βρεταν-
ΕΓΙΣΤΟ	νικὸν μ]έγιστο[ν
.ΛΙΑΤΩΝ	. . . .
ΑΡΧΙΓ	. . . . . ἀρχιε]ρέα ?
ΤΕΙΙΙΖ	. . . .
ΑΡΤΕΛ	. . . . Ἀρτεμ . . . . ?
ΩΙΙΙΔΗΙ	. . . .

Titulus est positus in honorem Commodi imperatoris, quem modo Lucii, mode Marci praenomen sumsisse constat. Pleniora habentur nomina ejus in tit. Amorgino a me edito, in Act. Soc. Gr. II. p. 73. Quae inde a v. 7 sequuntur, non expedio.

1 9 3.

Sami, inter rudera urbis, ad aedem D. Nicolai, prope portum Tigani, in praegrandi tabula albi marmoris.

ΟΔΗΜΟΣΟΜΗΛΙΩΝ
ΣΚΡΕΙΒΩΝΙΑΝΦΙΛΩΤΕΡΑΝ
ΤΗΝΕΑΥΤΟΥΠΡΟΞΕΝΟΝ
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΙΝΚΑΙΔΙΑΤΗΝ
ΙΖΑΓΟΡΑΣΤΗΣΣΩΓΕΝΟΥΣ
ΘΥΓΑΤΡΟΣΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΝ
Θ Ε Ο Ι Σ

Ὁ δῆμος ὁ Μηλίων
Σκρειβωνίαν Φιλωτέραν
τὴν ἑαυτοῦ πρόξενον
καὶ εὐεργέτιν καὶ διὰ τὴν
Ἰ[σ]αγόρας τῆς Σωγένους
θυγατρὸς εὐχαριστίαν
θεοῖς.

Basis est statuae quam Meliorum civitas Scriboniae Philoterae (haud dubie Samiae) proxeno suae de se bene meritae posuerat. Primum hoc, quantum memini, est exemplum mulieris proxeni munere functae; neque tamen, quoniam proxeniae honorem in multis familiis (velut proxeniam Lacedaemoniorum Athenis in gente Calliarum et Hipponicorum, Xenoph. Hell. 5, 4, 23. 6, 3, 4. cf. Bossler, De gentt. Atticae p. 33) quasi hereditarium fuisse constat, ullo modo mirandum est, si etiam mulier, quae quidem sui juris esset, hoc munus obire potuit. Sic reperitur Labrandis in Caria etiam muliercula στεφανηφόρος et γυμνασίαρχος, C. I. G. n. 2714. (Cf. supra ἀρχείνην in lap. Syrio n. 109). Sed memoratur etiam alia causa erigendae hujus statuae: διὰ τὴν Ἰσαγόρας τῆς Σωγένους θυγατρὸς εὐχαριστίαν, quae verba sic explicanda existimo: *ex voto quo Isagora Sogenis filia gratum animum* (ob beneficia credo a Sribonia in se collata) *testaretur*. De vi et usu vocabulorum εὐχαριστῶ, εὐχαριστήριον, χαριστήριον cett. cf. Boeckh. ad C. I. n. 34. 502. Franz, Epigr. Gr. p. 335, et infra n. 222. Quae si recte posuimus, statuendum erit hanc imaginem partim publica (a civitate Meliorum), partim privata expensa (ab Isagora muliere Melia, gratitudinis ergo) fuisse dedicatam.

194.

Ibidem, prope titulum praecedentem, in marmore albo.

ϽΚΡΑΤΟΡΙΤΡΑΙΑΝΩΑΔΡΙΑΝΩΚΑΙΣΑΡΙΣΕΒΑΣΤΩΙ

Αὐτ]οκράτορι Τραϊανῷ Ἀδριανῷ Καίσαρι Σεβαστῷ.

195.

Ibidem, in castello Lycurgi Logothetae, prope portum antiquum, in basi quadrata.

ΑΓΑΘΗΤΥΧΗ
ΑΔΡΙΑΝΩΚΑΙΣΑΡΙ
ΔΙΙΟΛΥΜΠΙΩΕΠΙ
ΦΑΝΕΙΣΩΤΗΡΙ (*sic.*)
ΚΑΙΚΤΙΣΤΗ

Ἀγαθῇ τύχῃ.
Ἀδριανῷ Καίσαρι
Διὶ Ὀλυμπίῳ Ἐπι-
φαν[ε]ῖ Σωτῆρι
καὶ Κτίστῃ.

LESBUS.

Lesbios lapides praeter eos, qui exstant in C. I. G. II. n. 2166 seqq., tres edidit A. Mustoxydes in *Anthol. Ion. fasc.* 1, *p*, 234, inter quos unus tantum ineditus; duos alios in Delo insula repertos publici juris fecit *Lebasius* in libro supra laudato p. 110—128. Horum autem quos nunc edimus titulorum accepimus apographa a *Georgio Phinticle* Atheniensi, philologiae studioso, qui ipse ex lapidibus transscripsit.

1 9 6.

Methymnae, 'ς τὸν Μόλυβον, in aede Panteleïmonis, in marmore quadrato. E schedis G. Phinticlis.

HBOYΛH	Ἡ βουλὴ
Γ·KOPNHΛΙΟΝ	Δ. Κορνήλιον
ΣΕΚΟΥΝΔΟΝΤΟ	Σεκοῦνδον Τό-
ΚΛΟΝΤΟΝΤΩΝ	κλον (?) τὸν τῶν
ΜΕΛΩΝΠΟΗΤΗΝ	μελῶν ποητὴν
ΚΑΙΠΡΟΦΗΤΗΝ	καὶ προφήτην
ΤΟΥΣΜ·ΝΘΕΩΣ	τοῦ Σμινθέως.

Titulus est aetatis Romanorum, primi fere a. Chr. n. saeculi. Senatus est Methymnaeorum. In nomine Τόκλος offendor: quod Graecumne dicam an Latinum, ambigo. Fuit autem hic Cornelius Secundus Toclus poetae anticorum lyricorum idemque vates Apollinis Sminthei: cujus dei cultum apud Methymnaeos floruisse etiam nummis eorum declaratur.

1 9 7.

Ibidem, in aede τῶν Ἁγίων πάντων, in quinque hemisphaeriis marmoreis (quemadmodum ea describit Phinticles), quae hemisphaeria nunc columnis sacelli pro spiris supposita sunt.

a.	*a.*
ΟΔΑΜΟΣ	Ὁ δᾶμος
ΛΕΥΚΙΟΝΑΝΤΩΝΙΟΝ	Λεύκιον Ἀντώνιον
ΜΑΡΚΩΥΙΟΝΚΑΠΙΤΩΝΑ	Μάρκω υἱὸν Καπίτωνα
ΗΡΩΑ	ἥρωα.

b.

ΟΔΑΜΟΣ
ΗΡΩΙΔΑΝΚΛΕΩΝΟΣ
ΤΟΝΕΥΕΡΓΕΤΑΝ

b.

ὁ δᾶμος
Ἡρωΐδαν Κλέωνος
τὸν εὐεργέταν.

c.

ΟΔΑΜΟϹ
ΚΑΛΛΙΚΛΗΙ
ΜΝΑϹΑΝ
ΔΡΟΥΗΡΩΙ

c.

ὁ δᾶμος
Καλλικλῆϊ
Μνασάν-
δρου ἥρωϊ.

d.

ΟΔΑΜΟΣ
ΜΑΤΡΟΚΛΕΙΤΩΔΙΟΝΥ
ΣΙΩ ΗΡΩ

d.

ὁ δᾶμος
Ματροκλεῖ τῷ Διονυ-
σίω ἥρω[ϊ

e.

ΟΔΑΜΟΣ
ΚΛΕΟΔΑΜΟΤΩ
ΝΟΥΜΗΝΙΩ

e.

ὁ δᾶμος
Κλεοδάμ[ῳ] τῷ
Νουμηνίω.

Titulos hosce vides statuis defunctorum a populo positis fuisse subscriptos. In tit. *a* scripsi υἱὸν, secutus Boeckhium in C. I. n. 2183, pro quo nescio an υἷον fuerit scribendum. Dialectus Aeolica in his titulis jam satis fluctuat'; in tit. *c* habetur dativus Καλλικλῆϊ (quemadmodum βασιλήεσσι apud Mustox. l. l.) et genitivus vulgaris Μνασάνδρου, in tit. *d* autem est dativus vulgaris Ματροκλεῖ et genitivi forma Aeolica Διονυσίω. Ceterum notandum, apheroïxeos morem (ἀφηρωΐζειν) apud Theraeos Anaphaeosque maxime solennem etiam apud Lesbios obtinuisse.

THERA.

In *Thera insula*, post editum C. I. G. fasc. V, quo continentur Theraei tituli usque ad a. 1835 cogniti inde a n. 2448—76. *d.*, ingens lapidum inscriptorum vis postmodo reperta est. Quorum magnam partem, e schedis Illustr. Equitis Antonii de Prokesch - Osten, Imperatoris Austriae apud Regem Graeciae oratoris, et ex meis apographis primus edidit A. Boeckhius, in commentatione Germanice scripta: De Theraeis lapidibus Prokeschianis (in *Act. Acad. Berolin.* 1836); titulos autem propter palaeogra-

phicas rationes insigniores inde repetiit I. Franzius, in Elem. Epigr. Gr. n. 1—20. Exinde unum lapidem edidi ipse in Comment. de Anaphe insula (in *Act. Acad. Monac.* 1837. p. 409), una cum multis titulis Anaphaeis, ex quibus etiam Theraeis inscriptionibus, propter communes utriusque populi origines multaque alia communia instituta, haud parum affulget lucis. Alium Theraeum lapidem, de sacris Matris Deorum, publici juris fecit C. Goettling, prof. Ienensis, (in *Bull. d. Inst. Arch.* 1841. p. 57), quem nos quoque eodem fere tempore, quum marmor a Goettlingio jam tractatum esse ignoraremus, inseruimus Commentationi de sepulcris in Thera insula rupi incisis (in *Annall. Inst. Arch. vol.* XIII). Praeterea mentionem feci nonnullorum ex his lapidibus in Periplo Insull. I. p. 60 sqq. 181 sqq.; aliorum autem duorum triumve antigrapha ad Boeckhium misi. Quas ob causas nunc eas tantum editurus sum inscriptiones Theraeas, quas vel hucusque servaveram ineditas, vel in novissimo meo per insulam collegi itinere.

198.

In vico *Gonia* (Γωνία), in fragmento marmoris caerulei indigenae.

. . . ΕΤΩΙΚΟΙΝ	Ἔδοξ]ε τῷ κοιν[ῷ τῶν . . . . γνώμα
. ΙΡΟΣΤΟΥΠΥΘΟ	. .]ρος τοῦ Πυθο . . . .
. ‒ΙΔΙΙΑΡΓΕΑΑΔΙΩΙ	ἐπε]ιδ[ὴ] Ἀργέα ἁ Δίων[ος?
ΔΟΞΟΣΟΥΣΑΚΑΙΔΗΛ	δόξος οὖσα καὶ δηλ[. . . . .
ΤΑΣΙΔΙΑΣΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΜ	τᾶς ἰδίας καλοκαγαθίας μ[. . . . . ἀ-
ΠΟΛΕΙΠΕΝΕΣΠΑΝΤΑΤΟΝΧΡΟ	πολεῖπεν ἐς πάντα τὸν χρό[νον ἐπαγ-
ΓΕΛΛΕΤΑΙΤΩΙΚΟΙΝΩΙΔΡΑΧΜΑ	γέλλεται τῷ κοινῷ δραχμὰ[ς πεν-
‾ΑΚΟΣΙΑΣΩΣΤΕΕΠΑΓΕΣΘΑΙΑ	τ]ακοσίας, ὥστε ἐπάγεσθαι ἀ[νὰ πᾶσαν?
‾ΒΔΟΜΑΝΑΥΤΑΣΤΕΚΑΙΤΑΣΘΥΓΑ	ἑ]βδόμαν αὐτᾶς τε καὶ τᾶς θυγα[τρὸς
. . ΘΜΩΣΚΑΤΑΒ . ΙΝ . ΝΔΕΔΟΧΘΑΙΑΙ	ἰσ]θμῶς καταβ . . . . . δεδόχθαι, ἀ[ποδε-
ΞΑΜΕΝΟΣΤΑΝΕΠΑΓΓΕΛΙΑΝΤΟΜ	ξαμένος τὰν ἐπαγγελίαν τὸ μ[ὲν ἀρ-
ΓΥΡΙΟΝΕΓΔΑΝΕΙΣΑΙΤΟΣΕΠΙΣΚΟ	γύριον ἐγδανεῖσαι τὸς ἐπισ[σ]ό[φος
ΔΙΩΝΑΚΑΙΜΕΛΕΙΠΠΟΝΕΠΙΥ‾	Δίωνα καὶ Μελίϊππον ἐπὶ ὑ[ποθέμα-
ΓΙΑΞΙΟΧΡΕΩΙΑΠΟΔΕΤΟΥΠΙΠ	τ]ι ἀξιοχρέῳ, ἀπὸ δὲ τοῦ πίπ[τοντος
ΔΙΑΦΟΡΟΥΣΥΝΑΓΕΣΘΑΙΤΑΙ	διαφόρου συνάγεσθαι τα . . . .
. . . ΝΙ^ΤΑΤ^. . . ΓΡΛ	. . . κ[α]τὰ τὰ [γε]γρα[μμένα . . . . .

Fragmentum videtur esse testamenti ab Argia quadam divite muliere facti, quo conventui alicui (κοινῷ, v.1 et 7) ad privata quaedam sacra instituenda certam pecuniae summam legaverat: cujusmodi est Epictetae Theraeae testamentum in C. I. G. II. n. 2448. Nomina personarum hujus tituli ne dubita quin sint hominum e gente Aegidarum. Nam primum de *Argia,* constat Theram Therae conditorem genus ducere ab

Argia Adrasti f. et Polynicis uxore (cf. tab. geneal. ap. Müller, Orchom. p. 468). Haec autem Argia filiam habet *Isthmo*. Eadem nomina recurrunt infra in tit. 219, ubi sorores sunt Argia et Isthmo, Archinici filiae. Dein *Dio* (v. 3 et v. 13) Theraeus homo memoratur etiam in testamento Epictetae col. III, v. 23. *Meleïppi* autem nomen (v. 13) confirmat suspicionem Boeckhii, qui in Comm. de Ther. Inscr. n. 92 nomen lacunosum — ΛΕΣΙΠΠΟΣ supplevit Μελήσιππος.

Nos quae supplevimus, pleraque ex eodem illo Epictetae testamento petita sunt. Ἀπολεῖπεν v. 6. est *legare*, quemadmodum in titulo modo laudato Col. I, v. 8; cf. Boeckh. ibib. p. 370. — V. 8 et 9 de re sacra agi videtur certo quodam mensis die (ἑβδόμαν) instituenda. Cf. l. l. Col. II, 35, et IV, 14. — Ἰσθμῶς v. 10 est genitivus Doricus pro Ἰσθμοῦς, ut Ἀκευσῶς pro Ἀκευσοῦς in dedicatione Anaphaea C. I. G. II, n. 2481. Post Ἰσθμῶς quid fuerit, non assequor. Scripturae vestigia ad κατὰ βωμὸν vel καταβώμια deducere nos videntur; sed a supplemento prorsus incerto abstinendum satius putavi. — Cum vv. 10 et 11 conferri debent haec in tit. laudato, Col. *IV*, 19: ἀγαθᾷ τύχᾳ, δεδόχθαι τάν τε ἐπαγγελίαν ἀποδέξασθαι αὐτᾶς. V. 12 antequam Epictetae testamentum cognovissem, conjeceram ἐπισκό[πος], quod postmodo in ἐπισ[σ]ό[φος] mutandum esse vidi. De hoc vocabulo Boeckhius l. l. p. 371: Ἐπισσόφου » nomen aliunde non cognitum; videtur id pro ἐπίσοφος esse; munus est fere γραμματέως et ἀπογραφέως ». Quamquam in illo titulo ubique unus tantum ἐπίσσοφος est, hoc autem loco habemus duos. Praeterea collocatio pecuniae (v. 11: τὸ ἀργύριον ἐγδανεῖσαι) illic fit (col. V, 7) per ἐγδανειστὰς ad hoc negotium electos. Quamobrem erit fortasse, qui hic lectionem ἐπισκόπος tuendam existimet. — V. 13 supple ὑποθέματι, quod in illo titulo l. l. sonat: ἐπὶ ὑποθήκαις ἐγγαίοις ἀξιοχρέοις, et pro πίπτον διάφορον illic es ἁ πίπτουσα πόθοδος.

199.

Therae, ad viam quae ab oppido ad Athenaeum portum ('σ τὸν Ἀθηνιὸν) ducit, in rudi saxo (basalte nigro). Scriptura a dextra procedit ad sinistram. Vide tab. lithogr.

Forma est Dorica Κερδώνομος pro Κερδώνυμος, a κέρδος et ὄνυμα, transpositis inter se vocalibus posterioris nominis. Κέρδων occurrit etiam in tit. Attico (Nointeliano) in C. I. n. 165.

200.

Ibidem, in promontorio Ἔξω Μέση, ad sepulcrum rupi incisum (cf. meas Insull. Aeg. mar. I, p. 181).

ΘΕΟΘΕΜΙΟΣ   Θεοθέμιος.

201.

Ibidem, in sepulcreto Oeae oppidi, super jugum quod vocatur Μέσα - Βουνὸν, in duobus saxis rudibus. Cf. de hoc sepulcreto et de lapidibus ibi repertis librum nostrum p. 67 sq.

a. Κριτοφύλου.   *b.* Φιλαιος.

Haec quoque nomina videntur esse hominum e gente Aegidarum (vid. Boeckh. de Thera l. l. p. 49 sqq. nosque de Anaphe l. l. p. 429—40): quamquam inter ea, quae hucusque nota sunt, non reperiuntur. In lapide *b.* deest primae literae (Γ vel priscâ eâque inversâ formâ ꟼ) superior pars incurva.

2 0 2.

Ibidem, in eodem sepulcreto, in duabus tabulis lapideis non laevigatis. Vid tab. lithogr.

a. Καλλικράτεος. *b.* Φιλιστοκράτεος.

Callicratis nomen habetur etiam ap. Boeckh. l. l. n. 63. Notus est Callicratidas nobilis Spartanus (Xen. Hell. 1, 6, 1),

2 0 3.

In *Thera* insula, in sacello D. Athanasii, ad viam quae ab oppido Apano-Meriam ducit.

Ο Δ Α Μ Ο Σ
ΑΦΗΡΩΙΞΕΝΕΙΚΑΝΟΡΑΔΑΜΟΚΡΙΝΟΥΣΑΙ. . . .
ΕΝΕΚΕΝΚΑΙΚΑΛΟΚΑΓΘΙΑΣΤΑΣΕΣΑΥΤΟ.

ὁ δᾶμος
ἀφηρώϊξε Νεικάνορα Δαμοκρίνους ἀρ[ετᾶς
ἕνεκεν καὶ καλοκἀγαθίας τᾶς ἐς αὐτό[ν.

Utrumque nomen habetur etiam in alio Theraeo marmore apud Boeckh. l. l. n. 72. C. I. 2466. *b.*

2 0 4.

Ibidem, in oppido, in aedibus viduae cujusdam.

ϹΤΕΦΑΝΟϹ	Στέφανο;
ΚΑΙΤΑΤΕΚΝΑ	καὶ τὰ τέκνα
ΕΠΙΤΥΧΙΑΝΤΑΝ .	Ἐπιτυχίαν τὰν
ΙΔΙΑΝΓΥΝΑΙΚΑΝ	ἰδίαν γυναῖκαν
ΑΦΗΡΩΙΞΕΝ	ἀφηρώϊξεν.

Γυναῖκαν v. 4 est accusativus legitimus a nominativo ἡ γυναῖκα. Cf. supra titt. 109.

2 0 5.

Ibidem, in aedicula D. Marinae, ad viam inter portum qui Ἀθηνιὸς vocatur, et vicum Ἀκρωτῆρι. Cf. meum Peripl. Insull. I. p. 74.

ΓΟΡΓΟΣΘΕΝΗΣΓΟΡΓΟΣΘ.	Γοργοσθένης Γοργοσθ[ένους
ΤΑ·ΙΔΙΑΝ·ΗΤΕΡΑΠ.	τὰ[ν] ἰδίαν [μα]τέρα Π. . . . . . .
ΤΡΥΦΩΝΟΣΑΡΕΤΑΣ.	Τρύφωνος ἀρετᾶς [ἕνεκεν
ΚΑΙΚΑΛ. . . . . . . Σ.	καὶ καλ[οκἀγαθία]ς [τᾶς ἐς αὐτόν.

De Γόργου et Γοργῶπα nominibus in gente Aegidarum cf. Boeckh. ad C. I. G. II, n. 2448.

206.

Ibidem, in eadem aedicula, ubi praecedens titulus.

	[ὁ δᾶμος ἀφηρώϊξεν]
ΘΕΟΔΟΤΟΝ ΛΕΩΝΙΔΟΥ	Θεόδοτον Λεωνίδου
ΝΕΟΝ ΗΡΩΑ	νέον ἥρωα
ΑΡΕΤΑΣ ΕΝΕΚΕΝ	ἀρετᾶς ἕνεκεν
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΔΑΠΑΝΗϹΑΝΤΟΣ	Διονυσίου ἐκ τῶν ἰδίων δαπανήσαντος.

Pro Θεόδοτος est Θεύδοτος apud Boeckh. l. l. n. 85. Leonidae autem nomen nobilissimum est inter reges Lacedaemoniorum: quos materno genere ab Argia, Therae sorore, oriundos fuisse constat. Cf. Boeckh. l. l. p. 3.

207.

Ibidem, ubi duo praecedentes nn. Marmor vehementer mutilatum.

ΤΕΡΠΕΛΑΟϹΛΗ.Ϲ. . . .ΟΝ. .ΕϹΜΟΝ.	Τερπέλαος . . . .
. . . . ϹΕΝΕΚΕΝΚΑΙΚΑΛΟΚΑ. . . .	[. . . .ἀρετᾶ]ς ἕνεκεν καὶ καλοκά[γαθί-
. . . . ΑΦΗΡΩΙϹΕΝ	ας τᾶς ἐς αὐτὸν] ἀφηρώϊ[ξ]εν.

208.

Ibidem, in aede S. Irenes, prope vicum Ἐμπορεῖον.

ΟΔΑΜΟΣ	ὁ δᾶμος
·ΛΕΙΣΤΟΝΑΚΤΑΠΕΛΟΠΙΔΑ	Πλ]ειστ[ώ]νακτα Πελοπίδα
ΑΦΗΡΩΙΞΕ	ἀφηρώϊξε

Plistonactis nomen inter reges Lacedaemoniorum satis notum. Pelopidam autem Thebanum illustri loco natum (Plut. Pelop. 3) satis probabile est fuisse e gente Aegidarum Thebanorum.

209.

Ibidem, in primaria ecclesia Emporianorum. Ara est rotunda, capitibus bubulis et sertis floridis decora: qua forma esse plurimos cippos sepulcrales in insulis Aegaei maris supra jam monui (cf. ad tit. 170.)

ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΟΣ. . . . ΕΤΟΥ	Ἀπολλωνία Θεο[φρά]στου
ΤΟΝΙΔΙΟΝΣΥΜΒΙΟΝ	τὸν ἴδιον σύμ[βιο]ν
ΘΕΟΔΩΡΟΝΑΦΗΡΩΙΞΕΝ	Θεόδωρον ἀφηρώϊξεν.

2 1 0.

Ibidem, in eodem sacello D. Irenes, in quo tit. 208.

ΑΒ. . ΔΛ. . ΟΔΑΜΟΤ	[Ἁ β[ου]λὰ [καὶ] ὁ δᾶμο[ς
ΑΓΝ. . Ο. . ΗΝΚΑΛ. . . .	Ἁγν[οσ]θ[έν]ην Καλ[λικρά-
ΤΟ. Σ. . ΣΑΣΑΡ. . . .	το[υ]ς [πά]σας ἀρ[ετᾶς
ΕΝΕ. . ΝΑΦΗΡΩΙΞΕ	ἕνε[κε]ν ἀφηρώϊξε.

Hagnosthenis nomen inter Aegidas Theraeos satis usitatum. Cf. C. I. G. II, n. 2448, col. III, 20, et ibid. n. 2454.

2 1 1.

Ibidem, ad portam aedis τοῦ Σωτῆρος apud Emporianos.

ΤΑΤΟΝΤΕ	ΕΙΡΗΝΑΙΟΣΚΑΙΕΠΙΚΤΗΣΙ.	— — — — —	Εἰρήναιος καὶ Ἐπίκτησις]
ΣΗΣΑΝΔΡΑΝ	ΕΙΡΗΝΑΙΟΝΤΟΝΥΟΝ	— — — ἄνδραν	Εἰρήναιον τὸν ὑὸν
ΗΡΩΙΞΑΝ	ΑΦΗΡΩΙΞΑΝ	— ἀφ[ηρώϊξαν.	ἀφηρώϊξαν.

2 1 2.

Ibidem, in tecto ejusdem aedis, ubi praecedens titulus.

ΟΔΑΜΟΣΕΥΑΡΕΣΙΟΝ	Ὁ δᾶμος Εὐαρέσιον
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΑΦΗΡΩΙΞΕ	Ἀπολλωνίου ἀφηρώϊξε.

2 1 3.

Ibidem, in eodem vico, ubi praecedentes nn. 211 et 212.

— — — — — — —	[Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος]
ΣΩΣΤΑΤΗΝΣΩΣΤΡΑ	Σωστ[ρ]άτην Σωστρά-
ΤΟΥΚΑΙΖΩΣΙΜΗΣ	του καὶ Ζωσίμης
ΑΦΗΡΩΙΣΑΝ	ἀφηρώϊσαν.

Propter Σωστράτην et Ζωσίμης reliqui vel restitui formas vulgaris dialecti, quam sequuntur etiam alia Theraea marmora, velut C. I. n. 2454.

214.

Ibidem, ante sacellum D. Ioannis inter Emporium et Oeam (montem D. Stephani): quod sacellum supra fundamenta et ex ipsis reliquiis antiqui alicujus monumenti exstructum est.

ΚΥΘΗΡΟϹϹΤΡΑΤΟΝ . Κ . . . .
ΚΗΝΤΗΝΙΔΙΑΝϹΥΜΒΙΟΝ . . . .
· ΑΦΗΡΩΙΖΕΝ

Κύθηρος Στρατον[ί]κ[ου . . . .
κην τὴν ἰδίαν σύμβιον |ἀρετῆς ἕνεκεν
ἀφηρώϊζεν.

215.

Ibidem, in eodem sacello D. Ioannis, ubi praecedens titulus.

ΟΔΑΜΟΣΕΤΕΙΜΑ . . Ν
ΙΕΡΕΙΑΝΔΙΑΚΟΝΟΥΣΑΡΤΕΜΙΔΟ. . . . .
ΤΕΛΕϹΙΔΑΛΙΛΟΦΑΝΟΥ . Ο \ Λ Ν. . . . .
ΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑ

Ὁ δᾶμος ἐτείμα[σε]ν
τὰν ?] ἱέρειαν διὰ [γέ]νους Ἀρτέμιδο[ς . . . .
Τελ[ε]σίδα Ἀ[γ]λ]ω[φάνου[ς] . . . .
ἀρετᾶς ἕνεκα.

Nomina Aegidarum a τελέω composita vide apud nos de Anaphe ins. l. l. p. 438. De nominis Ἀγλωφάνης nexu cum illa gente cf. Boeckh. l. l. p. 52.

216.

Ibidem, ubi tituli proxime praecedentes.

ΟΔΑΜΟΣΕΤΙΜΑΣΕ
· ΑΝΤΟΥΠΡΟΞΕΝΟΥΚΑΙ . .
ΕΡΓΕΤΑΣΥΜΑΡΕΥΣΓΥΝΑ .
· ΤΙΜΑΡΧΟΥΑΣΤΥΠΑΛΑ · . .
. . . ΣΕΝΕΚΑΚΑΙΚΑΛΟΚΑΓΑΘ ·
. . . ΑΣΕΣΑΥΤΟΝ

Ὁ δᾶμος ἐτίμασε
τ]ὰν τοῦ προξένου καὶ εὐ-
εργέτα Συμάρευς γυν[αῖκα
[τὰν δεῖνα, θυγατέρα δὲ]
Τιμάρχου Ἀστυπαλα[ιέως ἀ-
ρετ]ᾶς ἕνεκα καὶ καλοκαγαθ[ί-
ας τ]ᾶς ἐς αὐτόν.

Vereor ne inter tertium et quartum versum, dum festinantius transscribo lapidem, integrum versum omiserim, quo nomen mulierculae, et quod Timarchi Astypalaeensis filia esset, indicari oportebat.

217.

Ibidem, in sepulcreto Oeae urbis, in colle Μέσα Βουνῷ. Duae sunt stelae sepulcrales ex marmore albo.

a. ΦΙΛΗΡΑΤΟΣ	Φιλήρατος	*b.* ΝΟΥΜΗΝΙ . .	Νουμήνι[ος
ΑΓΥΛΙΔΑ	Ἀγυλίδα	ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ	Ἀρτεμιδώρου
ΚΟΡΙΝΘΙΟΣ	Κορίνθιος.	ΣΙΔΗΤΗΣ	Σιδήτης.

Σιδήτης est a *Side*, Pamphyliae oppido. Vid. Steph. Byz. v. Σίδη.

218.

Ibidem, inter promontorium D. Stephani et Emporium, in loco cui Περίσσα nomen est. Cf. infra ad n. 220. Minusculis edidi in Peripl. Inss. I. p. 183.

ΟΔΑΜΟΣΑΦΗΡΩΙΞΕΝ	Ὁ δᾶμος ἀφηρώϊξεν
ΕΡΑΣΙΚΛΕΙΑΝΕΡΑΤΟΚΡΑΤΟΥΣ	Ἐρασίκλειαν Ἐρατοκράτους
ΑΡΕΤΑΣΕΝΕΚΑΚΑΙΣΩΦΡΟΣΥΝΑΣ	ἀρετᾶς ἕνεκα καὶ σωφροσύνας.

Nomen Ἐρασικλῆς exstat etiam inter titulos antiquissimo scripturae genere insignes, apud Boeckh. l. l. n. 7.

219.

Ibidem, in vico Vothone, ad sarcophagum ex albo marmore, in eodem loco (Περίσσα) repertum. Cf. Peripl Insull. I. p. 72.

ΑΡΧΙΝΙΚοΥ ⁝ ΤοΥΑΡΧΙΒΙοΥ ⁝ ΙΣΘΜΩΑΡΧΙΝΙΚοΥ
ΑΡΓΕΙΑΑΡΧΙΝΙΚοΥ

Ἀρχινίκου τοῦ Ἀρχιβίου. Ἰσθμὼ Ἀρχινίκου. Ἀργεία Ἀρχινίκου.

De nominibus Ἀργεία et Ἰσθμὼ in gente Aegidarum dictum est supra ad tit. 198. Archinicus occurrit etiam in testamento Epictetae col. III. v. 20.

220.

Ad radices collis D. Stephani, in cujus jugo sunt rudera Oeae oppidi, occidentem versus situs est locus, quem insulani Περίσσαν appellant. In eo loco a. 1836 detecta et effossa sunt fundamenta ecclesiae Christianae satis magnae: de qua re narravi in Peripl. Inss. I. p. 182. sqq., coll. p. 193. Habuerat autem haec ecclesia, quemadmodum pleraeque majores aedes sacrae Graecorum, a tergo tres conchas (tribunalia Vitruv.) semicirculares (ναὸς τρισυπόστατος): quarum una formata erat ruderibus antiqui monumenti rotundi (heroi), cujus postmodo edidi delineationem in *Mon. Ined. Inst. Arch. Vol.* III. *tab.* 26. (cf. *Annall. ejusdem Instituti* v. XIII). Ad id heroum pertinere videtur tit. 218. In marmoribus autem ejusdem monumenti, quum iis quae etiamnum locum suum servant, tum iis quae disjecta circumjacent, exarati sunt tituli, quorum hic tria exhibemus exempla. Quas inscriptiones fuit quum

suspicarer esse Christianas; et quodammodo confirmat hanc suspicionem, quod superiore anno etiam Astypalaeae duos reperi similes titulos, alterum in oppido ad murum vetustae cujusdam ecclesiae, alterum (cujus specimen dedi in tab. lithogr. I) in loco Ἀγριελίδι, ad sacellum D. Ioannis, ubi tit. 163. Neque tamen ullum Christianae fidei certum in iis habetur indicium (praeter nomen ΘΕΟΔΟΥΛΟΥ in fragm. Astyp.) et possunt etiam esse ἀναγραφαὶ alius generis. Sed frustra et Therae et Astypalaeae operam consumsi, ut aliquod praescriptum horum reperirem titulorum, unde argumenti natura illustraretur. Quamobrem omni ulteriore conjectura abstineo; expromam tamen, quae transscribenti in mentem venerunt. Siglum istud, quod vocabula ΓΗC et ΑΜΠΕΛ. sequi solet (iota cum omicro superimposito, et in marmore *C.* etiam ΙΧ) significare suspicor Latinum vocabulum *jugera*, ἰούγερα (e. gr. Μ, *quadraginta* vel ΚΗ<, *viginti octo cum dimidio*). Vocabulo ΓΗC in *B.* et *C.* aliquando additur CΠΟ vel CΠΟΡ, hoc est σπορίμου, vel σπορητῆς. Olivarum autem (ΕΛΑΙΩΝ, ΕΛΕΩΝ, ΑΙΛΑΙΩΝ) alia est mensura, cujus nomen decurtatum scribitur ΓΥΡ: vel ΓΥ in monogrammate vel simpliciter Γ, significare autem videtur γύρον vel γύρωμα. Nam γυροῦν dicitur a Geoponicis, quum quis vineam vel arborem parvula fossa circumdat, quo facilius imber ad radices penetrare possit (*ablaqueare* sive *oblaqueare*). Saepe autem cinguntur olivae, maxime dum tenerae sunt arbores, etiam parvulo aggere seu vallo, quo pecudes arceantur; atque hujusmodi γυρώσεις paullo elevatiores, et plerumque quadrata forma, appellatae videntur fuisse ab antiquis Atticis σηκοί· unde explicandus Lysias in oratione ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ. — Praeter agri jugera, vineas et olivas memorantur in his titulis etiam armenta pecudesque, boves, asini, oves, postremo servitia (*A.* 16). Nomina hominum sunt, qualia labentis maxime antiquitatis temporibus usurpari solebant: Σεραπίων, Παρηγόριος, Σκόπελος, Σκέπτικος, Σωφρόνιος, cett.; hisque similia sunt nomina feminarum: Δεσποτία (*A.* 1. 5. 9), Εὐφροσύνη, Εὐπορία, Πολιτική, Μηχανὴ cett. (*B.* 31 legendum videtur: Ἐλύθρα? σὺν Μενάν[δρ]ου [υ]ἱοῖς γῆς σπορίμου cett.). Insunt etiam plurima mulieicularum nomina neutrius generis: fortasse Σεράπιον (*A.* 1), certe Τοπάριον (A. 14) et pro eo contracta forma Τόπαριν (*B.* 30), Πολυχρόνιον (*A.* 17), Ἴκνιον (*B.* 26), Κρατήταιον? (*C.* 5). Praeter Τόπαριν habes formas contractas in Σύραμξιν? (*B.* 32), Φοίνικιν (*C.* v. 7, coll. Φοίνιξ, *B.* 37) et Χρυσέλαδιν (*B.* 36, pro Χρυσελάδιον, a χρυσὸς et ἐλάδιον, hoc est ἔλαιον). — Astypalaeensis autem fragmenti sigla quid sibi velint, plane non perspicio.

221.

Ibidem, in monte D. Stephani, inter rudera Oeae oppidi. Habui e schedis V. Cl. Buchonis, historici Galli.

ΟΔΗΜΟΣΕΤΕΙΜΗΣΕΝ	ὁ δῆμος ἐτείμησεν
ΙΕΡΕΑΑΣΚΛΗΠΙΟΥ	ἱερέα Ἀσκληπιοῦ
ΔΙΑΓΕΝΟΥΣ	διὰ γένους
ΑΓΛΟΦΑΝΗΝΘΕΟΒΛΕΙΑΝ	Ἀγλ[ω]φάνην Θεο[κ]λεί[δα]ν

ΝΕΩΤΕΡΟΝ	Νεώτερον
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝ	ἀρετῆς ἕνεκεν.

De nobilisima hac gente, quam sacerdotia Dionysi Προπόλεως et Apollinis Carnei haereditaria habuisse ex aliis marmoribus constat, vid. Boeckh. de inscriptt. Theraeis p. 56 sqq. In eadem familia etiam Aesculapii sacerdotium fuisse gentilicium, ex hoc lapide addiscimus.

ΑΝΑΦΗΣ.

De *Anaphe* insula scripsimus commentationem peculiarem in *Act. Acad. Monac.* 1837. p. 401-50, in qua praeter titulos Anaphaeos, qui in C. I. n. 1477—82 editi sunt, viginti septem novos lapides illustravimus. Ex iisdem quinque leguntur etiam apud Mustoxydem, 'Ανθολ. Ἰον. I. p. 227—29. Quibus jam addimus duo marmora inedita.

222.

Therae, apud Baseggium. Parvula basis marmorea, ex Anaphe insula allata.

ΠΡΑΤΟΚΛΕΙΑΤΙΜΑΣΑΓΟΡΑ	Πρατόκλεια Τιμασαγόρα
ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ	Ἀσκληπιῷ χαρ.στήριον.

Τιμασαγόρα est genitivus a casu recto Τιμασαγόρας. De Aesculapii cultu apud Anaphaeos vid. nos l. l. p. 420. De χαριστήριον, εὐχαριστήριον et similibus formulis cf. quos laudavimus supra ad tit. 193.

223.

Anaphae, inter rudera antiqui oppidi (cf. nostrum Peripl. Insull. I. p. 78 sqq).

ΘΕ.	Θε[υκλείδας
ΚΑ. . . . .ΕΥΣ	Κλ[ειτοσθέν]ευς ?
ΥΠΕΡΤΟΥΑΔΕΛΦΟΥ	ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ
ΑΓΛΩΦΑΝΕΥΣ	'Αγλωφάνευς.

Homines sunt ex eadem familia nobilissimae gentis Aegidarum, de qua dictum est ad tit. 221. Quamobrem Θευκλείδας s. Θεοκλείδας v. 1 prope certum est; sed v. 2 pro Κλειτοσθένευς (cf. Boeckh. l. l. p. 57) fortasse scribendum erat Κα[λλιφάν]ευς, Κα[λλικράτ]ευς (cf. n. 202. 210) vel aliud simile nomen.

PEPARETHUS.

Peparethus est, quae inter Sporades Septentrionales hodie *Scopelus* vocatur, a Sciatho orientem versus pauca tantum millia passuum distans. Quod quum multis argumentis probari possit, in praesentia tamen ea tantum afferam, quae rem maxime conficiunt. Scopeli nomen non ante Ptolemaeum (Geogr. 3, 13) et Hieroclem (Synecd. p. 643 Wess.) reperitur; antiquiores autem scriptores inter has insulas, praeter nobilissimam Achillis et Thesei historia Scyrum, nullam aliam frequentius memorant quam Peparethum (velut Thuc. 3, 89. Demosth. adv. Lacr. p. 935. Scylax in Peripl. Dicaearch. βίῳ Ἑλλάδος. Scymnus v. 578. Dionys. Perieg. 521. Diod. Sic. 15, 30. 95. Liv. 28. 5. 31, 28 et 45. Strab. 9, p. 306 Tchn. Steph. s. v. cett.). Eandem insulam vini maxime feracem fuisse testantur praeter Demosthenem l. l. etiam Heracl. Pont. Πολιτ. 14. Athenae. 1. p. 29. Plin. 5, 19; at Scopelus hodieque vino inprimis nobilis est. Peparethum Scylax et Dicaearchus dicunt habuisse tria oppida; et in Scopelo exstant antiqua rudera tribus locis: in hodierna urbe; prope vicum qui Γλῶσσα appellatur, et ad Panormum. Panormi nomen conficit rem; nam unum e tribus antiquae Peparethi oppidis ita appellatum fuisse discimus e Diod. 15, 95, coll. Polyaen. Strat. 6, 2, 1 et 2.

224.

In *Peparetho* insula, ad arcem hodierni oppidi Scopeli, in basi quadrata. Antigraphum accepi a Demetrio Budure.

. . ΤΟΚΡΑΤΟΡΑΚΑΙ	Αὐ]τοκράτορα Καί-
CΑΡΑΜΑΡΚΟΝΑΥ	σαρα Μάρκον Αὐ-
ΡΗΛΙΟΝΑΝΤΩΝΕΙ	ρήλιον Ἀντωνεῖ-
. . . . ΡЄΥC	νον ὁ ἀρχιε]ρεὺς
. . . . ΦΙΛΑ	Σεβαστῶν] φιλα-
ΔЄΛΦC · · ΚΑΙΧΑ	δελφ[ων] Κ[λαύδ. ?] Α[ὐ-
ΡЄΛΙΑΝΟCЄΚΤΩΝ	ρ[η]λιανὸς ἐκ τῶν
ΙΔΙΩΝ	ἰδίων.

Supplementa versuum 4 et 5 ne dubita quin vera sint. Σεβαστοὶ φιλάδελφοι sunt Antoninus Philosophus et quem anno 914 a. u. c. Caesarem assumsit, Lucius Verus: unde titulus illo anno non potest esse anterior. Φιλάδελφοι appellantur etiam in marmore Attico, quod edidi in Ephem. Halens. 1838 (Intelligenzbl. N. 34). Nomen sacerdotis incertum est. Nos quidem scripsimus Κλαύδ. Αὐρηλιανὸς, sed possit etiam esse Κ[λ. Οὐ]αλεριανός.

2 2 5.

Ibidem, in ruinis antiqui oppidi prope Lutraki, haud procul a vico Glossa, in ea insulae parte, quae Thessaliam et Sciathum spectat. Marmor est oblongum, nunc scalae casae alicujus inaedificatum. E schedis ejusdem Dem. Buduris.

. . I . . . . Φ . AK . . . .
ΛYC . . . . CЄBACTONOΛYMII . . .
OAPXIЄPЄYCTHCCЄΛЄINOYCIѠNΠOΛЄ . .
IKЄCIOCNOIPTO . CYCΦHTTIOY

Αὐ]τ[οκράτ]ο[ρ]α Κ[αίσαρα Τραϊανὸν
Ἀδριανὸν] Σεβαστὸν Ὀλύμπ[ιον
ὁ ἀρχιερεὺς τῆς Σελεινουσίων πόλε[ως
Ἱκέσιος Νο . . . . . ου Σφήττιο[ς.

Nomen imperatoris sic restituendum esse probabile redditur comparatione lapidis Sciathii in C. I. n. 2153. Non magis haerebimus in eo quod sacerdos est Sphettius, e demo Attico: quum constet, Sciathum, Lemnum, Scyrum aliasque vicinas insulas Romanis temporibus Atheniensium potestati fuisse subjectas (vid. Ahrens, De statu Athenarum p. 62), inter quas et Peparethum ab Antonio iis concessam narrat Appian. de b. civ. 5, 7. Majoris momenti est, quod ex hoc lapide discimus nomen tertii oppidi Peparethiorum fuisse *Selinuntem*; nam qui titulum exscripsit, in voce CЄΛЄINOYCIѠN literas ЄI satis quidem evanidas ajebat esse, reliquas autem certissimas. Habemus igitur nunc trium oppidorum nomina: *Panormum* (Diod. et Polyaen. supra p. 90.), *Selinuntem* et *Peparethum*; etenim principem antiquitus urbem, cujus locum nunc Scopelus occupavit, insulae fuisse cognominem quum per se est probabile, tum diserte testantur Thuc. 3, 89. Liv. 31, 28. Strab. 9. p. 306 Tchn. et Steph. s. v.

FINIS FASCICVLI SECVNDI

INDEX

rerum, verborum, nominum inprimis memorabilium.

(Vocabulis quae in lexicis adhuc desiderantur vel quorum forma incerta est, asteriscus *) est praefixus.)


220. A. B. C.


A ΔΗΠΛΤΙΑ ΥΦΡΟCΥΝΗCΘΥΓΑΤΡΟCΠΑΡΗΙΟΥ
Χ ΜΕCΑΓΗΓ Ι Μ ΑΜΠΕΛ Ι Β< Δ ΕΛΕΩΝ ΓΥΡ: Γ
Χ CΕΡΑΠΙΟΝ ΓΗΙ ΚΗΛ ΑΜΠΕΛ ΡΓ ΕΛΕΩΝ ΓΥΡ ΞΖ
Χ ΑΠΟΥΙΔΙΝ ΓΗCΙΛ ΕΧΟΥCΙΝ Κ ΖΔ< ΓΜϚ
Χ ΟΙΚΩΝΜΕΡΟCΓΗ ΙΗ ΕΛΕΩΝ Γ ΚΖ ΕΧΙ ΚΖ ΕΛΤ
ΔΕΙΓCΤΙΑ CΠΑΡΗΓΟΡΙΟΥΕΞΑΠΟΓΡΑΦΗCΛΟΥΚΙΑΝΟΥ
Χ CΚΟΠΕΛΟC ΓΗΙ Ι ΠΝ ΕΛΕΩΝ Γ Δ ΒΟΥCΒ ΟΝΟΝΙ
ΠΡΟΒΑΤΑ Η
ΔΕΙΠΟΤΙΑCΠΑΡΗΓΟΡΙΟΥΓΕΝΚΛΗΡΟΝΟΜΩΝΕΞΑΠΟΓΙ
ΦΗCCΚΕΠΤΙΚΟΥΕΥΠΟΡΙΑΠΑΡΗΓΟΡΙΟCCΩΦΡΟΝΙΟC
Χ ΛΕΔΒΑΤΟΝ ΓΗCΙ Ξ ΑΜΕΛ· Ι Ν ΕΛΕΩΝ Γ ΡΜΓΚΖ
Χ ΠΟΛΙΤΙΚΗ ΓΗC Ι ΚϚ ΑΜΠΕΛ Ρ Η ΕΛΕΩΝ Γ ΙΗ ΗΜΕ
Χ ΟΦΡΑΓΟΡΕΑ ΓΗC Ι ΡΛ Ι ΑΜΕΛ· Ι Λ ΕΛΕΩΝ Γ CΠϚ
Χ ΤΟΠΑΡΙΟΝ ΓΗC ΙϚ
Χ ΑΓΡΟC ΓΗC Ι Ο ΑΜΕΛ Ι LΙΑ >> ><<< ΕΛΕΩΝ Γ Ϛ
ΚΑΙΔΟΥΛΟΥC ΕΠΙΤΗCΧΩΡΑCΕΥΤΥΧΕΑ Ε Ξ
ΠΟΛΥΧΡΟΝΙΟΝ ΕΤΜ ΒΟΥΝΑ ΟΝΟΝ Α ΡΟΒΑΤΑ Ε >>>
ΠΑΡΟΙΚΟΙ ΘΕΟΦ ΟC Χ ΠΟΛΙΤΙΚΗC ΕΤΛ
ΖΩCΙΜΗΝ ΓΥ ΕΤΩΝ Κ ΟΒΟΛΩ. ΑΝΕ ΕΤ Β ΒΟΥΝΑ
ΠΡ . . ΤΑ . . . . ΡΑΓΟΡΕΑΙΓΕ

B ΠΟΤΙΑC . . . . ΑΤΤΑΛΟΥΛΑΜC
ΜΝΩΝ ΓΗC ΙΛ . . . . . .
Χ ΚΑΛΑΜΟΥΜΕΡ< Γ . . .
Χ ΩΚΥΛΛΟC ΓΗCΙΛΓ ΑΜΠΕΛ . . . .
Χ ΑΝΕΜΟΥΔΛ . . . . . .
Χ ΙΚΝΙΟΝ ΓΗC Ι Ξ Ι ΑΜΕΛ . .
Χ ΟΡΟC ΓΗCΙΝΕ ΕΛΑΙΩΝ ΓΛ
Χ ΜΕΡΙC ΓCΠΟΕ Ι Ξ Γ ΑΜΕ Ι Δ . .
Χ ΑΠΠΥΡΙΑ ΤΗCΓCCΠΟΡ Ι ΝϚ
Χ ΤΟΠΑΡΙΝ ΓCΠΟΡ ΙΛΓ ΑΙΛΕΩΝ ΓΛ
Χ ΕΛΥΘΡΑCΥΝΜΕΝΑΝ ΟΡΙΟΙC ΓΗCCΠΟΡ ΚΘ<ΑΙΛΕΩΝ ΓϚ
Χ ΕΥΡΑΜΒΙΝ ΓΗCCΠΟΡ Ι Λ Β
Χ ΕΑΥ Ω ΓΗCCΠΟΡ Ι -Ϛ ΑΜΕ Ι Ι ΑΙΛΑΙΩΝ Γ ΙΓ
Χ ΑΠΟΨΙC ΓΗCCΠΟΡ Ι . ΑΜΕ ΑΙΛΕΩΝ Γ ΞΘ
Χ ΑCΚΛΗΠΙΟC ΓΗCCΠΟΡ Ι ΚϚ ΑΜΕ Ι<Η ΑΙΛΕΩΝ Γ ΚΛ
Χ ΧΡΥCΕΛΛΑΔΙΝ ΓΗCCΠΟΡ Ι ΙϚ ΑΜΠΕ Ι Β< ΑΙΛΕΩΝ Γ ΝΘ
Χ ΦΟΙΝΙΞ ΓΗCCΠΟΡ Ι ΙΕ ΑΜΠΕ Ι Ε ΑΙΛΕΩ


a	b
C . ΕΡΙΝΟΥ	
ΓΗCCΠΟΡ ΙΓ ΜΗ	Χ ΚΑΝΘΑΡΟ
ΑΜΠΕΛ ΙΓ Ζ	ΓΗC Ι ΜΖ
ΕΛΑΙΩΝ Γ Β	Χ ΜΗΧΑΝΗ
Χ ΚΡΑΤΗΤΑΙΟΝ	ΓΗC Ι
ΓΗCCΠΟΡ ΙΓ ΚΗ	ΑΜΠ Ι ΛΗ
ΕΛΑΙΩΝ Γ Θ	ΕΛΕΩΝ Γ Δ
Χ CΕΙΖΟΒΟΛΩΝ	Χ ΦΟΙΝΙΚΙΝ
ΓΗCCΠΟΡ ΙΓ ..	ΓΗC Ι ΜΗ
ΕΛΑΙΩΝ Γ Λ	ΑΜΠ Ι ΛΔ

ΚΛΕΑΡΧΟΥ ΜΟΜΟΥΔΑΣ










91



105

ΦΩC ΖΩΗC

ΟΙΚΙΔΙΩΝ ΔΙΑΦΕΡΟΝ

ΤΩ ΔΕCΠΟΤΩ ΜΟΥ ΤΩ ΑΓΙΩ ΙCΙΔΩΡΩ

119

ΖΟΔΑΧΩΛΙΑ

ad 126

123

ΤΟΝΝΕΟΝΟΝΤΑ
ΦΙΛΟΙΖΗΤΗCΑΤΕ
ΚΑΙΚΑΘΙΔΟΝΤΕC
ΤΥΝΒΟΝΕΜΟΝΜΕΙ
5 ΚΡΑΙΝΑΟΝΟΜΑΖΕ
ΤΕΙΩΦΙΛΕΚΑΙCΥ
ΕΡΧΟΜΕ..ΟΠ
ΡΟΔΩΤΟΙ.ΦΙΛΟΝ
ΟΝΤΑΝΟΕΙΠΑ
10 CΙΔΕΧΑΙΡΕΛΕ
ΓΩΤΟΙCΙΠΑΡΕΡ
ΧΟΜΕΝΟΙC

131



ΧΑΙΡΟΙC ΠΑCΙ
ΒΡΟ ΤΟΙC
ΕΥΤΥ ΧΟΥC
ΕΓΟΝΟΝΠΑCΙΦΙΛΗ
5 ΤΕΚΑΛΟ ΤΥΧΕΤΕ
ΘΕC ΛΥΚ Α ΒΑΝ
ΤΑCΜΠΛΗΠΕΙCΕΝ
ΚΕΦΑΛΟΙΟΚΑΚΟΝ
ΜΟΡΟΝΕΧΕΤΕΔΕCΑΙ
10 ΕΝΜΕΛΑΘΡΟΙCΙΛΙΠΩΝ
ΑΛΟΧΟΝΚΑΙΝΗΠΙΑΤΕ
ΚΝΑ

152

a

HERMOΛ
ΣΟC CCXCY

b

HERMO
ΣΟC

Astypalaea

ΤΟΗΑCΘΕΟΔΟΥΛΟΥ
ΑΧΙΛΛΙΚΟC ΣΑC ΣΖ Κ Α
ΒΑΡΡΟC ... ΑΝΘΡ ΚΘ
? ΚΕΙΟC
ΒΑΤΙΑΧΟΥ ... ΣC Ο.Β
ΑΝΘΡ ΚCΛΟΝ
ΔΑΦΝΙΟΝ Ζ F ΙCΖC

187

ΑΥΡΑΠΕΛΛΑCΓΕΜΕΛΛΟΥΤΟΜΝΗΜΕΙΟΝΕΚΘΕΜΕΛΙΩΝ
ΚΑΤΕCΚΕΥΑCΕΝΕΑΥΤΩΚΑΙΓΥΝΑΙΚΙΚΑΙΤΕΚΝΟΙC
ΚΑΙΓΥΝΑΙΞΙΝΑΥΤΩΝΚΑΙΕΚΓΟΝΟΙCΚΑΙΤΟΙC
ΕΞΑΥΤΩΝΕCΟΜΕΝΟΙC



171 a



143

ΥΓΕΙΝΟCΥΓΙΑΖΟΝΤΟCΒΙΩCΑC
ΑΜΕΜΠΤΩCΝΕΟCΤΗΝΗΛΙΚΙΑΝ
ΕΤΩΝΕΙΚΟCΙΗΡΩCΧΡΗCΤΕΧΑΙΡΕ

172



Ι.ΚΑΤΑΙΟΣ
ΚΑΤΟΝΕΙΡΟ

152 b.

ΙΕΡΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ

ΟΚΕΙΣΗΜΕΙΝΤΟΔΟΤΜ
ΗΣΥΓΚΛΗΤΟΥΑΤΝΟ
.ΝΟΣΕΑΝΜΕΤΕΜΠΕΙ
ΩΝΣΥΝΑΝΤΙΒΑΔΗΣ
ΙΣΗΜΗΕΙΝΑΙΕΠΑΝΑΓ
ΕΣΣΥΓΚΛΗΤΙΚΩ
ΗΜΟΥΡΩΜΑΙΩΝΑΚΟΝ
ΞΕΝΟΝΥΠΟΔΕΧΕ
ΘΑΙ ΕΔΟΘΗ
.Α ΚΑΛ ΙΟΥΝΙ ΡΩΜΗ
.\ ΒΙΩΚΕΙΛΩΝΙ ΤΒ ΚΑΙ
ΝΝΙΩΛΙΒΩΝΙ ΥΠΑΤΟΙΣ

190

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΗ ΠΑΡΘΕΝΙΚΗ ΕΛΑΦΗ ΒΟΛΟΣΑΡΗΤΕΙΡΑΝ
ΘΗΚΑΤΟΚΥΔ[ΟΝΙΗ]ΝΓΜΥΚΙΕΩΘΥΓΑΤΡΑ
ΥΔΡΟΦΟΡΟΝΗΗΑΝΠΑΤΝΙΗΙΠΑΡΑΒΟΜΙΑΡΕΣΑΙ
ΣΠΑΙΡΟΝΤ-ΝΑΙΓΟΝΕΜΒΡΥΑΚΑΛΛΙΘΥΤΩΝ
. ΝΑΡΕΙΔΕΤΕΙΦΗΝΑΡΗΠ[ΑΙ]ΣΗΔΕΤΙΘΗΝΗ
ΕΚΓΕΙΕΗΣΒΗΙ[Α]ΕΚΤΡΟΦΟΣΕΣΤΙΠΑΤΝΟΣ
ΝΗΣΣΟΣΑΡΛΥ.ΤΑΤΗΜΗΤΩΙΔΟΣΗΣΤΡΟΒΕΒΗΚΕ
ΙΕΝΘΕΣΙΝΑΗ.ΗΣΕΔΡΑΝΑΡΥΟΜΕΝΗΙ
F.ΣΟΤΕΙΦΙΙ... ΙΝΘΕΝΑΡΗΙΟΣΕΙΣΕΝΟΡΕΣΤΗΣ
... ΣΛ.ΘΙΕ. ΤΥΙΕΗΙΣΜΗΤΡΟΦΟΝΟΥΜΑΝΙΗΣ
ΙΙΛΕΚΑΤΜΙΦ.... ΙΑΤΗΡΣΟΦΟΥΙΗΤΗΡΟΣ
.. ΓΛΑΥΚΙΟ.Ρ.ΥΛΛΙΣΑΡΤΕΜΙΔΟΣΣΚΥΘΙΗΣ
ΑΙΓΑΙΟΥΠΛΟΟΣ. ΑΡΟΥΔΥΣΧΕΙΜΕΡΟΝΟΙΔΜΑ
ΟΡΠΑΚΟΛΛ... ΙΝΟΣΘΕΜΙΣΗΓΛΑΙΣΕΝ
ΕΥΤΥΧΩΣ

165

